Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Instaurationem Imaginis Divinæ non esse Finem Theologiæ Proximum : Disputatione Theologica Inaugurali, Consentiente Venerando Theologico Ordine

Gryphiswaldiæ: Typis Danielis Benjaminis Starckii, [1708]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890949271

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890949271/phys_0001
DFG

103

24/2

Fa 1092 (103.)

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890949271/phys_0002

DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890949271/phys_0003
DFG

I. M. Walther de Jesu ante Mariam Witt. 6st. 4to rec: 709.
II. J. G. Neumann de Verda apostolis veteri et recentiori Eccle, hoc infensis 708 Witt.
III. V. E. Loescheri de Evangelismo in Pietismo renato Witt. 708.
IV. ——— de Pædagogia Magistratu religiose Witt. 708.
V. ——— de Perionis et conversionibus Hierarchiae Eccles. Witt. 708.
VI. ——— de T. Münsteri doctrina et factis a J. Arnoldi admissis hac in parte laxius Witt. 708.
VII. G. Wernsdorffii de methodo pontificiorum pacem cum Protestantibus primam autorisatis 708 Witt.
VIII. ——— de vitiis Orationis dom: Witt. 708.
IX. ——— de perpetuitate Eccles. Evang: Witt. 708.
X. L. Bergeri de vocula grec ἐν περικοπαῖς ἐν ἀλλαις Witt. 706.
XI. J. F. Mayeri de comitiis Jabonicis a Moso et Elia 708.
XII. ——— Instauratae imaginis Christi de Osiandrismo theologiae primum specimen Gryph: 706.
XIII. ——— de Sociniana historia ———
XIV. ——— de ordinibus apud Lutheri ———
XV. ——— in Epist. Pauli ad Rom: ———
XVI. ——— an Josephus, honores suos Jacobi, Petri, Johannis integros indicans, quartum pedum videat ———
XVII. ——— de Parentibus Luthers ———
XVIII. ——— de Paulo Secundo Apto 709 ———
XIX. J. C. Ortlobi de Ephesior" libris curiosis combustis Lips. 708.
XX. S. Schmidii de Astrologia Judiciaria ——— 709.
XXI. J. Boetneri: An et qr. Sabbathum legenda sit pia? ———
XXII. J. C. Dachselti de unctione Elisaei 1 Reg. XIX. 16. Lips. 708.
XXIII. C. Vogel de aqua sanguinis Matth. XXVII. 3–11 ——— 706.
XXIV. B. G. Struvii de Magorum Mosaicarum circumcisione noctu facta et statuenda 709.
XXV. Anonymi Gratulationschrift D. Johann Andr. Bellermanns Lips.
XXVI. J. C. Ortlobi de serpente primitus cum Satana Gen. III. 14. 15 Lips. 708.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890949271/phys_0005
DFG

XXVII. J. P. Hebenstreit De scandali naa et necessaria cc illud praxi Jenae 708.

XXIIX. De pcti consequentibus culpa, reatu et poenis (J. P. Hebenstreit) — 709.

~~XXX~~ XXIX. J. F. Buddaei De observationibus Paedobaptismo oppositis Ant. Van Dahlen Jen. 707.

XXX. ——— De beatitudine in regno graae exhibita s. de actuali salute viatorum. Jen. 709.

XXXI. H. Opitii De candelabri Mosaici adm. structura, eiusdeq. positu in Sancto Jen. 708.

XXXII. J. F. Wuchereri De Atheo ex structura ἐν ἐνκεφαλῳ convincendo —

XXXIII. J. R. Rus De lapidaae Stephani — 709.

XXXIV. J. H. Stöcker De Paulo renato pctore Rom: VII. 14 seqq. Jen: 708.

XXXV. J. H. Bocrisii De usu theologiae naalis in emendaae affectus et voluntatis — 709.

XXXVI. C. A. Heumanni De Xsto Suetonii 709.

XXXVII. Ob. Klein-Nicolai Der unabsetzlich Diener Jesu Christi. Zoller 706.

XXXVIII. J. Triobechovii De Philosophiae fine mediis et usu adducta Clementis Alexandr. Halae 706.

XXXIX. J. J. Breithaupti De vera Dei rerumq. s. notitia 707.

XL. Anonymi De osculo Theologiae et Philos. s. futilium objectionum depulsione Helmst. 709.

XLI. J. A. Schmidii De absolutione mortuor. excommunicator. s. tympanicor. in Ecclesia graeca Helmst. 709.

XLII. C. Sontagii Χριστὸς ὁ ἰέκνων ἐκ ἐν μαρίᾳ.

XLIII. C. Sontagii De machinationibus aliquot religiosis, ob quas Noeteri nova Art: XVII. A C. damnantur, Anabaptistas posthabent 708. Altorfi

XLIV. ——— Ergodioctes primus 709.

XLV. G. G. Zeltneri De Cruce Pauli 2 Cor. XII. 7. crux Exegetarum Altdorf. 707.

XLVI. ——— De bonae Prophetissae eruditio — 708.

XLVII. ——— De Chronotaxi Millenari ab O. C. quarti 709 —

XLVIII. De Jobelio Lutheranorum (D. G. Mölleri) Altorfi 709.

XLIX. I. H. Maji de origine, vita atq. scriptis Doni Isaaci Abrabanielis I. H. Maji Altdorfi 708

L. J. W. Jägeri Defensio Imperatoris Josephi contra Curiae Rom: bullas Tubingae.

LI. J. C. Pfaffii De baptismo 706.

LIII. M. Hilleri Epincion Deborae 707.

LIII. ——— De sensu verborum Jobi c. XIX. 25. 2627. 708.

LIV. B. Wagneri De vita renatorum in fide Gal. II. 20 Arg. 708

LV. J. Kolmodini Miles Xsti spiritualis stans et cadens. Witt. 709.

LVI. J. Esbergii De Monarchia Dna Upsal: 708.

LVII. B. Bothacci De clavibus Petri Matth. XVI. 19 Joh. XX. 23 Hafn: 707.

LVIII. ——— De mutabilitate sty restitutionis ex mutabilitate institutionis ꝯ Arnoldi Hafn. 708.

LIX. J. Trellundi De Theologia Paradisiaca sive fide hominis integri Hafn: 707.

LX. J. Meyeri De visionibus Ezechielis Harderovici 707

LXI. G. H. Goezii De Theologis, sub auspiciis novorum officiorum demortuis Lubecae 708

LXII. ——— De XIV Opitulatoribus ꝯ Pontif: argtum (ad J. Schmidii) Lub: 708

LXIII. Sendschreiben über die Religions Veränderung v. Bekehrungs Buch (Anonymi) Smalc: 708.

LXIV. C. Obadiae De discrimine rum Xstianismum et ortho, Anonymi Dopiam 706.

LXV. ~~J. Von Winckler~~ Centrum des Hochschmuds nebst Antwortt auff J. Von Winckler Kurtz v. Gutt in Warheit v. Liebe 706.

Q. B. C. F.

Instaurationem Imaginis Divinæ non esse Finem Theologiæ Proximum,

DISPUTATIONE THEOLOGICA INAUGURALI,
Consentiente Venerando Theologico Ordine,
PRÆSIDE
VIRO Magnifico, Summe Reverendo & Excellentissimo Domino,

DN. D. JO. FRIDERICO MAYERO,

S. R. M. Svec. Consiliario in Sacris Primario, Universitatis Gryphiswaldensis Pro-Cancellario, Superintendente per Pomeraniam Svec. & Rugiam Generali, Consistorii Regii Præside, Facultatis Theologicæ Seniore & h. t. DECANO, Theologo longe celeberrimo,

Domino Promotore ac in CHRISTO Patre suo observanter colendo,

Pro summis in Theologia HONORIBUS & PRIVILEGIIS

ad d. VII. Maji horis consuetis A. R. S. M. DCC. VIII.
in Auditorio Majori
Publico Eruditorum Examini exposita,
edisseret

M. GEORGIUS BALTHASAR MASCOU,
Hucusq; Pastor apud Vismarienses Georgianus & Consistorii Regii, qvod ibidem est Assessor, nunc vocatus ad Cathedralem S. Mariæ apud Sedinenses Pastor, Regii Gymnasii CAROLINI Professor Primarius ac Synodi Sedinensis Præpositus.

GRYPHISWALDIÆ,
TYPIS DANIELIS BENJAMINIS STARCKII, REG. ACAD. TYPOGR.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890949271/phys_0009
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890949271/phys_0010
DFG

I. N. J. C.

PRæclarè ſui eximium decus Seculi BERNHARDUS Claræ-vallenſis, vel qvisqvis tandem ſit Autor tractat: de interiori domo ſive de conſcientia ædificanda *C. 36.* Patrem Spiritualem introducit confitenti & pœnitenti ſic reſpondentem: *Diſcute qvis ſis, qvid fueris, qvid eſſe debueris, qvid eſſe poteris: qvid fueris, per naturam; qvid modò ſis per culpam; qvid eſſe debueris per induſtriam; qvid adhuc eſſe poſſis per gratiam.* Optimè hic illa, qvæ nunc qvidem de homine, creatura inter viſibiles ſemper nobiliſſima, piè meditanda veniunt, ad ſua revocantur ſumma capita, nobisqve ſiſtunt naturam inſtitutam, ceu ſummam creati primitus hominis felicitatem; naturam deſtitutam, ceu per lapſum Protoplaſtorum amiſſam proh dolor! omnem felicitatem: naturam deniqve reſtitutam, ceu felicitatem gratiæ in hac mortali vita inchoativè, & felicitatem gloriæ in futura æterna vita conſuṁativè per CHRISTUM, Mediatorem unicum rurſus obtinendam. Hæc ἀνθρωποlογίας Theologicæ momenta è verbo revelatæ veritatis ritè perſpecta, penitusqve conſiderata, omnino faciunt ad celebrandam bonitatem divinam, ad deprimendam ſpiritualem ſuperbiam, ad fiduciam in CHRISTUM concipiendam

alendamqve, ad vitam ſanctè inſtituendam, ad deſperationem evitandam ſalutemqve æternam anhelandam. *Qvo enim penitus nos introſpicimus, eò ardentius ad CHRISTUM confugimus. Non poteſt præcipitari in ſuperbiam, qvi ſuam conſiderat miſeriam. Non deſperabit de culpa qvi cogitat de gratia. Non turbabitur ob ignominiam, qvi futuram hominis perpendit gloriam: ex vero ſentimus* cum B. B. MEISNERO in Anthropolog. ſacr. Dec. I. §. VI. Ut autem pede inoffenſo diſcuſſio iſta inſtituatur, ac homo ad Theologiam & rectam ſui notitiam perducatur, non inſuper habitâ BERNHARDI pii, ſive *Hugonis Victorini* juſta prorſus qverimonia in Meditat. piiſſimis de cognitione humanæ conditionis Cap. 1. ſtatim in limine lamentantis: *Multi multa ſciunt & ſeipſos neſciunt, alios inſpiciunt, ſeipſos deſerunt:* è verbo DEI ſcripto, unico iſto & genuino omnis veritatis Theologicæ principio, Eſ. VIII. 20. Pſ. CXIX. 105. Proverb. VI. 23. 2. Tim. III. 15. 16. 17. 2. Petr. I. 19. notitia petenda & ſecundum iſtius ductum omnis meditatio etiam hic inſtituenda eſt. Facit utiqve hoc ſana & Lutherana Theologia, qvæ nihil aliud eſt qvam habitus intellectus practicus ex ſcripto DEI verbo hauſtus de vera religione, ut homo peccator per Fidem ad vitam æternam perducatur, definiente KöNIG. Theolog. poſitiv. acroamat. protheor. general. §. 54. Hæc ſacro ex fonte docet hominem in ſtatu primævo ad imaginem DEI & vitam æternam conditum Gen. I. 26. 27. V. 1. Coh. VII. 30. Sap. II. 23. 24. lapſis autem primis parentibus, præſtantiſſimoqve iſto naturæ humanæ χειμηλίῳ perdito, in ſtatum peccati præcipitatum, turpiterqve deformatum, iræqve divinæ ac mortis

mortis æternæ reum factum. Gen. V. 3. Rom. V. 12. VI. 23. è gratia divina in CHRISTO JESU, Spiritu S. salutariter operante, per media salutis divinitus ordinata, perqve ministerium dispensanda, ad salutem æternam perducendum esse, Rom. V. 21. Act. XXVI. 18. Tit. III. 5. 6. 7. Joh. III. 15. 1. Tim. IV. 16. Hunc maximè in finem circa hominem peccatorem Theologia Christiana occupatur. Huc & omnem Theologus suam operam meritò dirigit, nempe, ut homo peccator per fidem ad vitam æternam perducatur, 2. Tim. III. 16. 17. Joh. XX. 31. 1. Tim, VI. 16. Abs hôc autem scopo cum aliis omninò deflectere videtur D. D. JOACH. JUSTVS BREITHAUPT, Profess. Theolog in Acad. Hallensi, qvando in Thesibus, qvas vocat *Credendorum & Agendorum* lib. 1. doctrin. & alibi passim *instaurationem imaginis divinæ finem Theologiæ proximum; vitam verò æternam ultimum facit*, atqve de restauratione imaginis divinæ talia tradit, qvæ neqve cum veritate γνησίως orthodoxâ, neqve sanorum cum verborum ὑποτυπώσει benè conveniunt; Digna nobis visu res, qvæ Disputatione hac Inaugurali sub examen Theologicum vocaretur. Adsit nobis DEUS Trinunus, nosqve in veritatem suam ducat. Sanctifica nos Pater in veritate tua, verbum tuum veritas est! AMEN.

§. I.

THesin D. BREITHAUPTII de fine Theologiæ proximo, qvem *restaurationem imaginis Divinæ* facit, ventilaturi, meritò præmittimus, qvid ipse (I) per *Theologiam*, (II) per *finem proximum*, (III) per *imaginem Divinam*, & deniqve (IV) per *instau-*

rationem ipsius intelligat, ad singula nostras observationes addituri.

§. II.

Theologia ipsi dicitur *doctrina divinitus revelata de pietate seu cultu DEI* loc. cit. Thes. doctr. I. & Thes. V. doctr. qvæst. 2. *veram Theologiam definit, qvod sit doctrina secundum pietatem, è salubribus JESU CHRISTI sermonibus, imaginem DEI, supernaturaliter instaurans penes animum, & agnitionis habitu sensus ita exercitatos reddens, ut circa DEUM id, qvod verum est, à falso, bonumqve à malo spiritualiter discernatur, veritas doceatur & refellantur contradicentes*, 1. Tim. VI. 3. 2. Cor. III. 18. Hebr. V. 14. Tit. I. 9.

§. III.

Circa definitionem hanc observamus, (I) *Theologiam* hoc loco dici *veram*, non in oppositione tantùm ad falsam Theologiam Gentilium, Turcarum, Judæorum, Antitrinitanorum, Naturalistarum & aliorum Hæreticorum & Schismaticorum, sed & in oppositione ad *Hypocritas*, qvorum Theologiam, qvam Thes. V. & qvæst. 3. negat esse *veram*, & Thes. IV. opponit cognitioni veræ, tum merè historicam, omni affectu destitutam, tum *Historico-Diabolicam*, qvando & Diaboli credentes cum tremore experiuntur DEUM Jac. II. 19. Qvalis in homines qvoqve irregenitos cadat. Eidem porrò opponit vanam illam persvasionem de DEI Gratia ac Salute apud homines impœnitentes & securos, qvæ sit fides mortua. ib. Thes. IV. qvæst. 5. cognitionem historicam qvoad *sensum literæ* aliqvo modo *veram* Rom. II. 18. 20. non tamen *sensu Spiritus* veram esse concedit, hunc autem *unicè verum* & divinis verbis proprium vult, neutiqvam cognitione historica attingendum,

gendum, qvippe, qvi ſpirituali affectu & experimento conſtet. 1. Cor. VIII. 2. 3. XV. 34. adeò ut cognitio cum honeſta educatione & externis cultus Divini exercitiis conjuncta, ipſi qvæſt. 6. ad falſam *Hiſtorico-Phariſaicam* cognitionem referatur. Eſſe hanc communem Pietiſtarum doctrinam ex ſola inſpectione ſcriptorum SPENERI, ZIEROLDI Aſſeclarumqve, & qvæ contra hos, magno cum Eccleſiæ emolumento, *THEOLOGI WITTEBERGENSES*, *Dn. D. Schelgvigius*, *Dn. Bücherus* aliiqve ediderunt, ſatis elucet. Licet vero primo ſub intuitu de veritate Theologiæ irregenitorum non adeo diſceptandum fortè cuipiam videri poſſit, attamen re accuratius penſitata, facile apparebit, neq; hìc veritatem Divinam deſerendam eſſe, & hanc theſin, *ſola regeniti notitia de DEO eſt vera notitia*, cum annexis Eccleſiæ CHRISTI damna haud levia, imprimis Separatiſmum & indifferentiſmum neceſſariò afferre, demonſtrante hoc ipſum pluribus Celeberrimo Roſtochienſium Theologo, *Dn. D. Fechtio* in Epiſt. ad Dn. Reſp. Exam. libell. Licht und Recht de vera DEI & rer. ſacr. in irregenitis notitia. Conſcientiæ itaqve ductu & nos cauſam Theologiæ irregenitorum ſuſcipimus, probaturi, qvod illa, modò ſit verbo DEI revelato conformis, utiqve & vera ſit & ſpiritualis ad tertium Symboli vulgo Apoſtolici articulum pertinens. Etenim unica eſt verbi Divini veritas, & literalis hujus verbi veritas, eſt ſupernaturalis, viva & ſpiritualis veritas, tam in libro Scripturæ, qvàm in conceptu impii & irregeniti exiſtens.

§. IV.

Qvod veritas hæc ſit *ſupernaturalis*, probatur (1)

qvia Spiritus S. literæ adeſt, qvi veritatem verbi Divini literaliter modoqve cognoſcendi noſtro per ſpecies conformiter, & qvidem immediate Prophetis & Apoſtolis in & per Scripturam aliis eam manifeſtaturis, mediante autem verbo DEI ſcripto iſtud legentibus, & audientibus, in conceptibus ipſorum revelavit. (2) Hæc Spiritus S. revelatio, ad ſalutem ex DEI intentione ſemper tendens, ſupernaturalis operatio eſt ad tertium Symboli Apoſtolici Articulum pertinens ſive eam intellectus regeniti vel irregeniti, pii vel impii apprehendat. Qvippe una ratione originis veritas in utroqve eſt. (3) Omnis porrò literalis veritas verbi Divini DEI eſt Conſilium. Actor. XX. 17. Mens CHRISTI 1. Cor. II. 16. Senſus Spiritus S. in ſanctis DEI viris loeuti. 2. Petr. I. 21. Non prout in DEO eſſentialiter, ſed prout per Scripturam, oralem concionem & per conceptus hominibus manifeſtatur, ſive regeniti, ſive irregeniti ſint, uti Exemplô impii Bileami Num. XXIV. 15. & 16. confirmatur. (4) Mens hæc Divina in verbo revelata cum Divina infinita potentia inſeparabiliter unita eſt. Evangelium enim DEI potentia eſt, uti ad ſalvandum, ita & ad illuminandum, Rom. I. 16. Pſalm. XIX. 8. Hinc veros, perſpicuos & ſpiritualibus myſteriis conformes conceptus excitare poteſt, ut homo revelatam veritatem intelligat, conſcientiam ejus convincere, ut ceu verbum DEI ſuſcipiat, & fidem in nondum regenitis accendere poteſt, ut Spiritui DEI repugnare deſinat, CHRISTUMqve apprehendat. Eſt enim Evangelium veritas, ſpiritus & vita. Joh. VI. 63. vivum & efficax & qvovis gladio ancipiti penetrantius, Ebr. IV. 12. animasq; hominis

nis salvare potens, Jac. I. 21. Mens porrò DEI, est & manet lux, neq; Divinam virtutem suam sive in Scriptura, sive in conceptibus animi, sive regeniti, sive irregeniti amittit, qvippe DEUS utrumqve illuminaturus est. Infidelitas autem hominis fidem & promissiones DEI, qvarum nunqvam ipsum pœnitet. Esa. LV. 10. 11. Rom. XI. 19. III. 3. Nec unionem verbi Divini cum virtute DEI absqve & ante fidem factam, nec tollere, nec ita impedire potest, ut in irregenitis revelata veritas efficax & viva non sit. Deserit qvidem Spiritus S., qvamdiu ipsi resistunt, eos singulari gratiæ suæ gradu, aut ipsum suum verbum nunqvam gratiæ suæ viribus deserit, Aliàs verbum DEI & literalis veritas ejus impio revelata, non DEI foret verbum, nec mens CHRISTI, & homo posset alqvid veri, præcipuè de mysteriis, cognoscere sine verbo DEI, & absqve operatione Spiritus S. de illis conceptibus, qvi mentem DEI exprimunt, illuminari. (5) Confirmant hoc ipsum fructus & effectus verbi Divini, qvos in corde infidelium operatur, & qvi è naturalibus viribus oriri neqveunt. Nonne in Herode delectatio in concionibus Johannis Marc. VI. 18. in Præside Felice timor ob judicium DEI. Actor. XXIV. 25. in Rege Agrippa Divina fides aut assensus, Actor. XXVI. 27. 28. in Bileamo non solum aperti oculi ad verum Messiam agnoscendum & de eo prophetandum, sed & desiderium ab ipso acqvisitæ salutis deprehenduntur? (6) Qvotqvot contra docent, literalem & irregenito manifestatam veritatem, absqve lumine & vita, absq; virtute Spiritus S. inefficacem, mortuam rem & literam mortuam esse, hi sane in fine, DEI fidem & gratiam

tiam universalem suspectam reddunt, ac si DEUS irregenitis aliud verbum qvam regenitis, & qvidem eis solum, qvi resistere desinunt, vivam & efficacem veritatem manifestaret. Hoc pacto haud vellet DEUS, ut omnes homines ad agnitionem veritatis, per qvam salvari possent, pervenirent, cum per inefficacem veritatem nemo converti possit. Scripturæ 1. Tim. II. 4. 2. Petr. III. 9. Actor. VII. 51. XIII. 46. Ebr. IV. 2. sic apertè contradicitur, & Calvinianismo patrocinium qværitur. Qvin docentes, irregenitum per veritatem è verbo Divino agnitam, aut inefficacem converti, ipsius Pelagianismi rei fiunt, dum per naturalem notitiam, qvæ mortua res est, id apud ipsum effici, ut Spiritui S. repugnare desinat, temerè asserunt. Sin vero dixeris, irregenitum non posse per veritatem è verbo Divino agnitam se ipsum convertere, eo ipso dices, qvod virtus nova, & immediata qvædam operatio Spiritus S. ad agnitum verbum & veritatem accedere debeat, per qvam converti possit. Sic & statues, qvod voluntas hominis per raptum absq; prævia Divina notitia convertatur, aut qvod in momento & qvamprimum veritatem vivam agnoscit, etiam necessario & per fatalem ac irresistibilem operationem Spiritus S. voluntas convertatur. Confer. BüCHER. fortiter hæc urgentem, & sic DN. D. ZIEROLDI Hypotheses refutantem in mantiss. *2. mens. Pietist. XII. p. 686. seqq.*

§. V.

Qvod hæc literalis irregeniti ex DEI verbo hausta notitia, sit porro *viva* notitia, probatur (1) qvia Spiritus S. per literalem notitiam nunqvam non vitam & cordis conversionem; nunqvam vero mortem aut mor-

mortuum qvid intendit. Hebr. IV. 12. (2) Qvia nulla alia datur notitia, per qvam convertendi & ſalvandi ſumus præter literalem iſtam è literali veritate verbi Divini perceptam. Rom. X. 14. 15. (3) Notitia noſtra in hac vita nonniſi per ſpecies fit. Hinc ænigmatica & viſio per ſpeculum audit. 1. Cor. XIII. 12. 2. Cor. III. 18. Qvemadmodum ergo ſpeculum minus perpolitum eandem imaginem Solis, & cum ea lumen & virtutem illuminandi capit, qvam magis perpolitum ſpeculum præſentat, utut hæc omnia illud non tam diſtinctè, qvam hoc oculis ſiſtat, ita eadem lux verbi Divini, qvæ in corde pii fulget, recipitur in impii intellectu nullo qvandoqve diſcrimine, niſi in gradu claritatis & caloris, in Judicio & obſignatione Spiritus S. de fide, de adoptione & hæreditate cœleſti, qvibus irregenitus deſtituitur. Gradus autem & valor moralis rem ipſam & qvà veritatem metaphyſicam non variant. Vid. BüCHER. *loc. cit. n.* 4.

§. VI.

Qvod deniq; notitia *literalis* ſit etiam *ſpiritualis* probatur (1) qvia veritates literales, qvæ in ſe ſunt *ſpiritus* & *vita* & *verba æternæ vitæ* prorſus easdem & ipſiſſimas ſpirituales veritates, prætereaqve ſingula illa, qvæ ad converſionem nempe hominis pertinent, ità nobis ſiſtunt, ut nihil eorum, qvæ ad converſionem hominis, ad notitiam in ſe & metaphyſicè veram, reqviruntur, hìc deſit. Non itaq; conformitas tantum, ſed ipſa veritatis identitas in veritate literali eſt, ut diſcrimen tantum ſit in ſignis, conceptibus & literis. At vero & hi, & ipſe notitiæ actus ſupra vires naturæ per operationem ſupernaturalem verbi & Spiritus S.

excitantur & verbo conformantur, ita ut ratione *originis*, *objecti* & *proportionis*, qvam conceptus cum objecto habet, neutiqvam conformitas merè *naturalis* & *literalis*, sed qvoqve *spiritualis* hìc omninò sit. (2) Qvia iste in Spiritum S. qvi per verbum veritatis ex gratia illa salutari, secundum qvam omnes ad agnitionem veritatis pervenire vult, qvæqve tertii Articuli est, atqve in hanc ejus gratiam, qva super naturam in irregenitis operatur, percq; illam ipsum idoneum reddidit ad officium Prophetæ, Apostoli & verbi Divini Præconis administrandum, Num. XXIV. 4. 10. 16. 1. Reg. XXII. 20. 21 Matth. X. 4. Phil. III. 15. 16. 17. 18. 2. Cor. III. 5. & 6. Matth. VII. 22. nimis certè injurius foret, qvi notitiam hanc tantùm literalem diceret atq; spiritualem esse negaret. BüCHER. n. 5. Prob. (3) qvia hæc notitia nullo modo *naturalis* est, sive ratione *originis* spectetur, sive ratione *objecti*, sive ratione *indolis*, sive ratione *finis*, sive ratione *efficaciæ*. Non est naturalis (1) ratione *originis*, qvia salutaris revelatio & operatio gratiæ prævenientis Spiritus S. ab illuminato irregeniti intellectu susceptа non naturalibus, sed supernaturalibus viribus inqve ejusmodi conceptibus, qvi Divinis mysteriis adæqvati & conformes sunt. Negare qvidem hoc volunt *Pietistæ*, derivantes ex litera Scripturæ S. aut naturali significatione verborum, sine virtute & lumine Spiritus S. & qvidem naturalibus intellectus viribus illam notitiam qvam irregeniti non tantum in dogmatibus è naturæ lumine notis, sed etiam mysteriis Evangelicis ab æterno absconditis habent, qvæqve isti secundum literalem analogiam explicent & ab erroribus defendant; Ast (1) animalis homo

homo non percipit ea, qvæ ſunt Spiritus 1. Cor. II. 14. ſtultitia enim illi ſunt & non poteſt cognoſcere γνῶναι, qvia ſpiritualiter dijudicantur, & viribus naturalibus verè cognoſci & intelligi haud poſſunt. Matth. XVI. 17. XI. 25. (2) Notitia, qvæ tantum viribus naturæ res externas cognoſcit hîc nullo modo revelata, ſed naturalis notitia dici debet. Impius autem ex revelatione & ex Scriptura ejusq; literali veritate notitiam ſuam habet, qvæ veritas, virtus & vita eſt, haudqvaqvam à virtute Divina ideo ſeparabilis, qvod impius notitiam iſtius habeat. Eſt enim (3) hæc impii notitia vel externa, qvæ Grammaticas vel Rhetoricas notiones ſecundas literæ Scripturæ S. ritè applicat, cum ſolam veritatem connexionis apprehendit; atq; hanc obtineri irregenitæ rationis viribus circa ea, qvæ non à veritate ipſius ſententiæ pendent, facile concedunt Pietiſtæ; vel interna taliſq; notitia, qvæ verborum literalem eumq; verum ſenſum in iis maximè, qvæ ſunt ſpiritus DEI, aſſeqvitur, qvalem notitiam irregenitis, non qva talibus, ſed qva illuminatis, tribuit Paulus Phil. I. 15. 16. 17. 18. Neqve diſtinctio inter intelligentiam verborum & rerum rem hic conficiet: verba enim ſunt ſigna rerum, & qvi res non intelligit, nec verba eorundemqve ſenſum capiet. Qvi verò ſenſum verum in propoſitione Articulum fidei. E. g. de Trinitate, de CHRISTO, de Juſtificatione per fidem, enunciante percipit, & vero claroqve conceptu, qvi ſenſui literali conformis eſt, apprehendit, is utiq; myſteria etiam intelligit, qvæ viribus naturalibus minimè cognoſcuntur. Tandem (4) non eſt hæc notitia, qvam Spiritus S. per literalem veritatem in impio operatur

merè objectiva, veritatem intellectui tantum sistens, sed literali huic veritati efficax verticordiæ gratiæ influxus inseparabiliter unitus est ad supernaturalem vivam & efficacem Spiritus S. operationem producendam. Verbum enim Domini in sua essentia consideratum & prout verba, literas & earum sensum & efficacem vivamq; mentem CHRISTI continet, nonnisi supernaturali operatione cor hominum corrigere intendit, nec alios, qvam supernaturales effectus producere potest. Eqvidem homo in proæreticis suis constitutus peccatis obstat, qvo minus gratia inhabitante Spiritus S. vera fide, justificatione & renovatione gaudeat: propterea tamen verbum DEI Divinam suam virtutem & vitam in suo conceptu non amittit. Non est porrò notitia ista *naturalis* (2) ratione *objecti*, qvia literalem veritatem, qvæ DEI virtus, Spiritus & vita est, Joh. VI. 63. in se continet. Negant qvidem Pietistæ, irregenitos ceu animales τὰ τῦ πνέυματ@ capere posse, licet τὰ τῦ γράμματος capiant; adeoq; literas, non rem ipsam impios percipere volunt, eâ ex ratione, qvod rem non gustarint, nec in semetipsis experti sint, resistant præterea Spiritui S. ut de nulla gratiæ operatione Spiritus S., qvâ viva in ipsis notitia producatur, participare qveant. Aft (1) litera non est à sensu sejungenda, & qvi propriam à Spiritu S. intentam significationem verborum maximè in spiritualibus mysteriis percipit, is & rem per illam denotatam intelligat, necesse est, cum significatio hæc verborum mens CHRISTI, in mente CHRISTI sit Divina veritas, in Divina veritate spiritus & vita. (2) Non potest homo, qvia verba ut plurimum multa significant

cant, neqve rem ipsam nec significationem verborum absqve operatione gratiæ Spiritus S. recte intelligere. Itaqꝫ (3) Nec sensum, nec significationem verborum rite in mysteriis percipiet, nisi rem ipsam, qvid ipsa sit, cognoscat. Proinde si Spiritus S. lectori vel auditori verbi Divini sensum & qvidem genuinum communicaturus est, ut proprium, verum & distinctum conceptum sibi formet, necesse est, rem ipsam simul ita manifestet, ut illam percipiat, adeoqꝫ irregenitus in Evangelicis Mysteriis verum sensum & propriam significationem verborum, qvæ mentem CHRISTI enunciant, non percipit, nisi rem, qvam verba exprimunt, simul intelligat: nec mysterium & rem percipit, nisi significationem verborum cognoscat. (4) Operationi autem gratiæ Spiritus S. duplici modo resisti potest, vel ratione *illuminationis intellectus* in addiscenda veritate Theologica, vel ratione *conversionis voluntatis*. Nolunt qvidem & hic Pietistæ ullos antecedaneos gratiæ motus admittere, sed gratia præveniens ipsis est, qvæ fidem ipsam operatur, prout DN. D. ZIEROLD. Dissert. procemial. Synops. div. ver. §. 29. *gratiam prævenientem nihil aliud esse dicit, qvam ipsam conversionem & fidei accensionem*. Nolunt itaqve Divinæ adscribere illuminationi & influxui gratiæ Spiritus S. literalem illam rerum spiritualium notitiam. Ast si gratia Spiritus S. apud irregenitum non est, nec operatur, qvomodo ergo illi resistet? Nænias profectò agunt. Fateantur ergo nobiscum, qvod licet homo Spiritui S. in addiscenda veritate ista resistat, ut progressus nullos faciat neqve ad plenam DEI notitiam per qvam convertatur pertingat, sed cum Athenien-

 sibus

sibus lecta & audita in corde contemnat: primâ tamen vice & sub initium vocationis Divinæ verbum DEI nunqvam absq; omni effectu auditur & consideratur, Esa. LV. 10. 11. Luc. VIII. 7. 14. & primi motus gratiæ inevitabiles utut non irresistibiles sunt. Verum enim vero, cum hîc non de ejusmodi impiis, sed de Theologia impii, per indefessa studia comparata, sermo sit, agnoscant, qvæso, hunc Spiritui S. in addiscenda veritate tali modo non resistere, utut qvoad plenam sui conversionem istud faciat carnalesqve respectus adhuc foveat. *Nonresistentia* qvoqve gemina est, atq; vel illuminationem intellectus, vel conversionem voluntatis antecedit, utraqve fructus gratiæ assistentis, illa potissimum prævenientis, hæc præparantis est. Potest enim qvivis non resistere Spiritui, ut mens illuminetur ad veritates Theologicas rectè imbibendas & tamen morosè resistere præparanti immò & perficienti gratiæ, qvo minus libera voluntas convertatur, neutra vero essentiale reqvisitum ipsius notitiæ spiritualis, sed necessaria ante notitiam & fidem in subjecto conditio est, sine qva illuminatio & conversio non seqvitur. Voluntas qvidem imperfecta etiam illuminatione objectivè movetur ad credendum & ad DEUM proximumq; amandum, sed adhuc morosè resistens gratia convertenti, uti sine fide est, ita nec actum infucati amoris elicere potest. Potest autem positis omnibus ad perfectam illuminationem reqvisitis, libera tamen repugnantia impedire, qvo minus homo plene convertatur. Optime id docet D. BÜCHER. in Diss. de Not. literal. & spirit. §. 8. (5) Cum autem Doctores hi prætendunt, qvod spiritualia nemo nisi qvi in semet-

ipso

ipso illa expertus est, intelligere possit, certe tunc ad Mysticorum se recipiunt subsellia. Hic enim qvando fanatica sua, nec qvà literam, nec qvà sensum ex Scriptura probare possunt; ad experientiam propriam, ad internam sensibilemqve vocem provocant qvæ una hora plura doceat, qvam qvotqvot sunt scripturæ libriqve qvo de infra pluribus agemus. Nunc pergimus probando, qvod ista literalis notitia non sit *naturalis* (3) neqve ratione *indolis*, qvoniam illa sensui Spiritus S. conformis est, immo ipsum spiritualem CHRISTI sensum habet, in istiusmodi conceptibus comprehensum, qvos Spiritus S. in intellectu irregeniti produxit. Pietistæ rursus & hanc indolem spiritualem negant non nisi literalem conformitatem concedentes. Sed qvando Theologia cum verbo DEI literaliter & ita conformis est, ut impius veram significationem verborum & sic verum sensum CHRISTI capiat & intelligat, veram & propriè sic dictam Theologicam scientiam habere, jure dicitur, D. ZIEROLDUS confugit ad μόρφωσιν γνώσεως καὶ ἀληθείας Rom. II. 10. & per illam cum OECUMENIO ἐπίπλαστον εἰκόνα personatam, seu mentitam imaginem intelligit, qvæ figura saltem sit, sed nos cum CHRYSOSTOMO talem formam agnitionis & veritatis in lege, qvæ spectrum excludat, rectius intelligimus. Confer. B. D. WELLER, in h. l. Respicit nempe Apostolus in *formæ* vocabulo ad nostram hujus vitæ cognitionem, qvæ per species & formas fit, revelatam legis veritatem non tantum in literis sed & in conceptibus hominis exprimentes. Hæ autem imagines & veritate & Divina virtute ac efficacia plenæ sunt. 1. Cor. XIII.

XIII. 12. & 2. Cor. III. 18. adeo ut etiam decem Decalogi præcepta λόγια ζῶντα dicantur Act. VII. 38. Porro naturalis non est ista notitia. (4) nec ratione *finis* à Spiritu S. intenti. Nam Spiritus S non nisi per literalem rerum spiritualium notitiam hominem convertere intendit, utut homo finem hunc divinitus intentum per contumaciam suam impedire possit. Distingvi hic solet inter intentionem finis proximi & ultimi. Nunqvam enim operatur gratia Spiritus S. frustra, sed in unoqvoqve gradu finem suum assequitur proximum, utut non semper propter contumaciam hominis peccatoris finem ultimum. Intendebat omnino DEUS per præconium verbi salutis conversionem & vitam Judæorum, utut ipsi sese indignos haberent eâdem Act. XIII. 46. Intendebat idem Agrippæ & Felicis conversionem per notitiam & convictionem è concione Paulina ortam. Act. XXIV. 23. 24. XXVI. 27. utut illa utrorumqve culpa non sequeretur. Ex jure itaqꝫ ac merito pronunciat. Dn. D. FECHT. esse immotum, nulla vel vi vel subtilitate solvendum hoc argumentum. *Nulla notitia, à qva inseparabilis est Divina intentio per se & directè fidem salutarem efficiendi, est ex natura, nisi* πελαγιανίζειν *velimus. Omnis notitia, qvæ per se directè efficit fidem nisi impediatur ab homine, qvæqve adeo ex natura sua ordinata à DEO est, ut efficiat fidem, est à Spiritu, non à natura. Atqvi, notitia in homine regenito. Ergo: Major probatur, qvia homo naturalis non percipit ea, qvæ sunt Spiritus DEI,* in Diss. de sens. carnal. Thes. XV. Nec *naturalis* potest dici ista notitia tandem (5) ratione *efficaciæ*, qvia omnia, qvæ hæc notitia in homine operatur, super naturales fructus sunt salu-

salutari operatione gratiæ Spiritus S. in & per verbum ab irregenito agnitum producti, uti desiderium Salutis in Bileamo, & Assensus divinus in Agrippa Rege. Qvod si praxis fidei & operum non sit sensui literali verbi Divini conjuncta, nihilominus est manetqve iste sensus salutaris ratione salutis intra sensum literæ latentis, qvatenus qvælibet sententia S. S. recte intellecta, internam intra se vim & efficaciam habet animum hominis convertendi, licet salutaris non sit ratione applicationis & usus, qvatenus sensui è Scriptura legitimè eruto, non tantum assensui præbetur, sed is qvoq; actu ipso ad finem à Scriptura intentum dirigitur. Priori modo sensus Scripturæ literalis semper efficax, non autem semper posteriori, & posteriori modo involuta veri sensus applicatione, salutaris ille dicitur, aut plenè & consummatè, qvatenus hominem in statum gratiæ & salutis perfectæ collocat: aut salutaris est inchoativè, qvoad vitam spiritualem & salutem conferre incipit, qvanqvam non perficiat atqve consumet. Qvo sensu Theologi solos regenitos, salutarem habere mysteriorum Divinorum notitiam, irregenitos vero literalem tantum & historicam freqventer docent, salutarem sensum ratione applicationis intelligendo. Ast, si accuratè & distinctè loqvi velimus non absolutè verum est, solum hominem regenitum salutarem Scripturæ sensum etiam cum applicatione conjunctum, intelligere; cum hoc etiam certa ratione graduq; cadat in irregenitum; qvanqvam ad regenerationis statum tendentem. Vid. Dn. D. Fecht. Disp. de Sensu Sacr. Liter. Carn. Thes. XVIII. DD. THEOLOG. WITTEBERG. in Antwort und Rettung

tung / Art. I. Thes. IV. V. seqq. DN. D. FECHT. in Diss. de CHRISTO in nobis è Col. I. 27. Cap. III. §. II. DN. D. SCHELGVIG. in Synops. Controv. Art. I. D. BüCHER. in Mantiss. cit. §. VII. & seqq. AUCTORES von der unschuldigen Nachricht Ao. 1706. p. 339. *DN. M. RUMPÆUS* de contr. recent. Piet. in L. de Theolog. & in Observ. & strict. in DN. LANGII idæam. Quo sensu interim veteres Theologi literalem sensum à spirituali, literam à spiritu passim distinxerint, nempe, quatenus isti aliquid deest, quod ex intentione Divina habere debebat, scilicet actualis ad praxin directio, apud DN. FECHT. Disp. cit. §. V. & XV. & D. BüCHER. Diss. de Not. literal. & spiritual. §. X. Praeterea non confundenda hic vera & simplex notitia, quæ in nuda rei per intellectum apprehensione consistit sine affectu est, cum composita, quæ cum affectu fiduciæ & amoris concrescit, ita ut nosse idem sit ac pro suo reputare. Conf. Matth. VII. 23. Joh. X. 15. 1. Joh. II. 4. IV. 7.

§. VII.

Circa memoratam Breithauptianam Theologiæ descriptionem observamus (2) describi *Theologiam per doctrinam secundum pietatem*, per quam dubio procul doctrinam Christianam intra hominem spectatam, Thes. Doctr. I. qv. ita descriptam, quod sit *experimentalis cognitio veritatis*, quæ *secundum pietatem est. Tit. I. 2.* intelligit. At hanc descriptionem ab omnibus Enthusiastis, Papistis, Arrianis approbari, recipi & ad Mathæologiam ipsorum applicari posse, è vero judicat BüCHER. *in Platone Myst. qv. II. Cap. VIII.* Forte *ipsi Breithaupt.* insufficiens ista descriptio fuit visa atque idcirco

idcirco Thes. VI. sufficientiorem Theologiæ definitionem sistere intendit, nempe qvod sit *doctrina secundum pietatem è salubribus JESU CHRISTI sermonibus, &c.* Sunt hæc verba desumta è 1. Tim. VI. 3. ubi is, qvi aliter docet & non accedit ad sanos sermones, qvi sunt Domini nostri JESU CHRISTI & doctrinæ, qvæ secundum pietatem est, inflatus, nec qvicqvam sciens esse dicitur. Fit hìc & *sanorum CHRISTI verborum & doctrinæ, qvæ secundum pietatem* est, mentio. *Grotius* qvidem per utrumqve membrum idem insinuari & ἢ hoc locô ut sæpe in Scriptura ἐξηγητικὸν esse, cum verba CHRISTI sint doctrina ad pietatem faciens. Ast B. D. Calov. in Bibl. illust. postqvam monuerat, nonnullos intelligere istos CHRISTI sermones, qvos in diebus carnis inter populares habuit, rectius vero intelligi sermones de CHRISTO, vel generalius, sermones CHRISTI, qvi per spiritum CHRISTI Prophetis & Apostolis traditi, 1. Petr. I. 11. & 2. III. 2. & ὑγιαίνοντες dicti, non modo, qvia nihil insalubre continent, sed etiam qvia ad sanitatem spiritualem, qvam in vulneribus Christi Es. LIII. 5. & concionibus ejus Evangelicis Luc. IV. 18. habemus, unicè faciunt, qviqve non tantum Rabbinorum & Philosophorum, sed imprimis Hæreticorum placitis & doctrinis opponuntur: merito contra Grotium urget, nullam esse hic causam, cur relicta propria significatione particula καὶ, qvæ copulativa est, ad significationem Exegeseos abeamus. Doctrinam vero Christi ac de Christo & ad sanitatem animæ facere nobis medicinam adversus morbos spirituales & φάρμακα τῆς ψυχῆς suppeditare, deqve vera pietate nos informare, ne ab ea desciscentes, recidivam pati-

amur, Joh. V. 14. nec solum de fide in CHRISTUM ad salutem nos sapientes reddere, sed etiam qvæ ad pietatem 2. Tim. III. 15. ac sincerum DEI cultum faciunt, exhibere⁊. Theologiæ itaqve, si objectivè illa sumatur, aliqvalem hic haberi descriptionem, qvod sit doctrina secundum pietatem, in qva verus de DEO sensus & sincerus DEI cultus traditur concedere possumus. Qvando vero D. BREITHAUPT & cum eo D. ZIEROLD Theologiam veram & qvidem subjectivè sumtam, prout in homine est, prout habitum reqvirit & sensus magis exercitatos ad discretionem boni & mali reddit, per doctrinam experimentalem veritatis, qvæ secundum pietatem est, definiunt, haud absq; causa postulantur, qvod in hac definitione accidentalia cum essentialibus, doctrinam cum notitia seu cognitione ejus confundant & notitiam, qvæ ipsis non alia qvam experimentalis hic est, ex experientia deducant: licet enim salubrium JESU CHRISTI sermonum etiam mentio injiciatur; Scripturam tamen pro signo & testimonio saltem mero externo doctrinæ internæ habent⁊. Conf. BüCHER. *Plat. Myst.* Cap. II. qv. VII. Est utiq; Theologia ceu habitus circa doctrinam, ceu objectum suum occupatus, merito ab eodem distingvendus, nec principium doctrinæ salutaris cum doctrina ipsa confundendum, sed cum Paulo sanos JESU CHRISTI sermones à sana διδασκαλία καὶ εὐσέβειαν accuratè distingvente, distingvendum, nec verbum DEI, sive literis consignatum, sive ore prolatum pro testimonio tantum literalis veritatis, ad qvam virtus & revelatio Spiritus S. accedere debeat, doctrinæ internæ habendum, cum sit efficaciſſimum divinitus ordi-

ordinatum medium, consilium seu mentem DEI in se continens & ad eos hominis perducens. Vid. BüCHER. *Plat. Myst.* præfat. n. 2. & Cap. II. qv. 7. & in *Rathmann. Rediv. qv. I. in mantiss. I. mens. XII. Pietist. p. 635.* Dicit vero D. BREITHAUPT hanc doctrinam *experimentalem*, & sic ad propriam cum mysticis experientiam è qva suam Theologiam derivant, omni procul dubio respicit. *Interna* enim & *sensibilis experientia* præcipuum Fanaticorum dogmatum est principium ex Mysticorum lacunis haustum. Hinc ARNOLD. *in Historia & descript. Theol. Myst.* fatetur, qvod mystica Theologia abs *forma sciendi* maximè distingvatur, illam per *sapientiam experimentalem, per gustum qvendam spiritualem* describi, Cap. II. §. XVII. ita ut ad hanc Theologiam *interna* reqviratur *experientia*, citra *qvam illa nunqvam apud aliqvem invenietur* aut *realiter erit*, Cap. IV. §. XV. Conf. qvæ DN. BüCHER. *in mantiss. I. mens. Pietist. XII. pag. 635. 639. seqq.* in medium attulit. Zu solcher wahren Gottes-Lehre gehöret eine inwendige Erfahrung / ohne welcher jene nimmermehr bey jemand warhafftig und im Wesen seyn kan / denn sie bringet so gleich einen geistlichen Geschmack mit ins Gemüthe bey der würcklichen Vereinigung GOttes / die mehr empfunden als beschrieben oder geglaubet werden kan. Die Schul-Theologie erkennet GOTT aus dem Gehör / die Göttliche (Mystische) aus den Geschmack. Idem BüCHER. è SPENERO præfat. in Egard. ut & præfat. in Taulerum & in den thätigen Christenthumb / Dom. XXIII. post Trinit. & im Unfug / p. 118. Glaubens-Lehre / p. 180. 245. hæc adducit, Præfat. in Egard. Wer in practicalischen Materien ohne Erfahrung ist / der kan sie unmöglich eigentlich und

gründlich verstehen. Die geistliche practicalischen Sachen / sonderlich die zur Heiligung gehören / kan niemand ohne eigener Erfahrung recht verstehen / darüm auch die himmlische Entzückung und das Schmecken der zukünfftigen Welt / welches noch einigen Frommen wiederfähret / allen denen unverständlich ist / die nichts davon erfahren. Es sey gleichsam eine andere Art des Verstehens / als vorhero gewesen / aus einer solchen stündigen Erfahrung lernet man mehr / als aus einer langen Beschreibung / das nenne die Schrifft das Schmecken / wenn man nicht nur in seinen Gedancken sich eine Einbildung machet / was es vor eine Bewandnis damit haben muste / sondern auch / wenn man die Sache selbst einiger massen bey sich empfunden hat / dadurch werde gleichsam das Erkäntnis lebendig / das ohne Erfahrung todt ist ; jedoch sey zu mercken / daß diese Erfahrung und Empfindung ein solcher Grad der Erleuchtung sey / der in einer höheren Masse sich nicht eben bey allen Gläubigen findet. Atqve hinc apud SPENERUM & asseclas hæ nascuntur Phraseologiæ, *sentire res spirituales, qværere & experiri in se, rem ita se habere, prout Scriptura docet, non autem ex meris Scripturæ verbis conceptum vel imagines formare*. Die Sache so bey sich empfinden / wie die Schrifft lehret / nicht aber aus den blossen Worten ihm eine Einbildung machen : & cum juxta SPENERUM ipsi animæ summum & intimum sit spiritus, virtus Divini verbi animæ impressa ipsiq; multo interior qvam naturales vires, intellectus, voluntas & affectus, sensus interni species intelligibiles & sensibiles unitus. Hinc experientiam imaginibus & conceptui (der Einbildung) de rebus spiritualibus ex externo verbo formatis opponit & eos gustare ac sentire

tire virtutem verbi Divini putat, qvi de virtute verbi Divini participant. Hæc virtus animæ implantata & impreſſa divinum SPENERO lumen eſt, qvod interdum radios retinet, (zurück hält) ſi autem in exteriores (die auswirckende) vires animæ, ut in intellectum, voluntatem, affectus, internos ſenſus &c. erumpere ſinat ut ſentiantur, tunc guſtum & experientiam dicit, & qvoniam externi hominis negotia hunc ſenſum non parum impediunt, vult, animam debere in ſemetipſum revertere ad cor & ad ea, qvæ DEUS in eo operatur, attendere, & ſic animo toto in DEUM collato, animam ab omni eo, qvod DEUS non eſt, evacuandam eſſe, ut nihil aliud, qvam DEUS & virtus ipſius in ipſa remaneat. In tali ſtatu DEUM propriiſſimè & efficaciſſimè ſentiri poſſe, & internos etiam ſenſus à communione cum corporalibus membris, ſpeciebus ſenſibilibus ex externis negotiis retractos, eo fortiores & penetrantiores ad videndum, ad audiendum, ad guſtandum DEUM eſſe redditos. Eſt ergo hiſce pietatis Doctoribus experientia in ſummo gradu nihil aliud, qvam fructus cœleſtis cujusdam exſtaſeos, in qva connatæ vires animæ qvieſcunt, nihil agunt, ſed patiuntur omnem ſuam intelligendi qvam percipiendi vim colligunt ad cœleſtem dulcedinem deguſtandam, vocem DEI audiendam, contactum ſpiritus, qvo animam & eſſentiam ipſius penetrat ſentiendum.. Eine Frucht ihrer eingebildeten himmliſchen Entzückung / in welcher die angebohrnen Kräffte der Seelen ruhen / und nichts thun / als leyden / alle ihre Krafft / Verſtändlichkeit und Empfindlichkeit zuſammen faſſen / die himliſche Süßigkeit zu ſchmecken / GOTTES Stimme zu hören /

die

die Berührung des Geistes / damit er die Seele und ihr Wesen selbst durchdringet / zu empfinden / ꝛc. recte judicante BüCHER. *Plat. Myst. Cap. II. qv. 7. §. 28. seqq.* & contra illos defectum solidi fundamenti è Scriptura urgente & qvod magnopere *rò sentire, imaginari intelligere* & *experiri* confundant, qvæ qvomodo inter se differant, ipse luculenter §. 29. seqventem in modum exponit : *sentire*, inqvit, (empfinden) est non solum virtutem & operationem admittere, sed & delectationem & aversionem in corpore per sensus in se percipere. Hoc autem fit vel in sensibus externis, vel in imaginatione, vel in affectibus, in qvibus vel propensionem ad aliqvam rem vel aversionem ab ea habemus. Qvi affectus non solum in anima hominis, sed & in spiritibus cum corpore unitis, uti gaudium in Angelis in cœlo, timor, tremor & fervor in Diabolis deprehenduntur. *Imaginatio* vero (die Einbildung) fit per species sensibiles & intelligibiles, per illas res phantasiæ : per has intellectui sistuntur, qvi tunc eas *intelligit*, qvando proprio vero & distincto conceptu eas capit : *Experientia* est, qvando in nostras proprias internas virtutes & operationem reflectimur, & qvod aliqvid nobis imaginati simus, perceperimus & intellexerimus, cognoscimus. Sentire, imaginari & intelligere sunt actus directi, propria autem & interna experientia est actus reflexus. Laudatus porro BüCHER. evincit, qvod secundum ordinem naturæ ipsi divinitus implantatum, homo in hac vita nihil intelligere, vel sentire possit absq; imaginatione; è contra fanaticum prorsus esse, qvod interdum connatæ sentiendi virtutes, audiendi, videndi per virtutem sublimiorem ab exter-

externis sensibus eorumqve speciebus sensibilibus ità abstrahantur, ut in se ipsis & in fundum animæ conversæ absqve imaginatione ea solum sentiant, qvæ virtus DEI animo multo interior, qvàm naturales facultates sint, in illis operatur. Denicq; in apricum posuit, qvod prætensa hæc experientia evertat Scripturam, destruat ejus efficaciam, extenuet DEI universalem gratiam, intrare faciat innumera in Ecclesiam mala, atcq; in effectu Platonicas ideas chimænascq; nubem pro Junone in sinu foveat. Datur qvidem experientia, estq; partim cognitio rerum singularium, qvas nos per sensus nostros externos tàm in nobis, qvàm in aliis, vel etiam per internos sensus in nobis & nostra essentia, connatis & è gratia concessis viribus earumqve operatione agnoscimus & observamus, intellectuq; nostro de illis judicamus; partim autem est habitus seu scientia universalis è singularibus cognatis exstructa. Ast in spiritualibus & practicis interna experientia haud qvaqvam est merus sensus, fidem enim, qvam in gravibus tractationibus non sentimus; attamen ex ipsius operatione, notitiâ salutaris gratiæ CHRISTI, indubitato assensu, & fiduciali appropriatione & aliis fructibus Spiritus non sensibilibus, firmiter demonstramus. Recte itaqve BüCHER. in Rathmann. Rediviv. p. 181. seqq. cum Mysticorum contemplationibus, qvæ apud VOETIUM è CARTHUSIANO & SANDÆO p. 27. Ascet. leguntur: *posse*, nempe, *in hac vita hominem videre DEUM, interne cum illo absqve ulla imaginatione loqvi, adeo ut totus mentis aspectus in DEO absq; ulla intellectus operatione figatur*; Hæc Pietistarum confert Theologumena, qvando fidem à

spirituali distingvunt visione & qvod hanc inter & Angelicam cœlestem visionem discrimen tantum graduale sit, ita, ut CHRISTUM in fide videntes, jam heic æternam vitam realiter habeant. Ita enim Spenerus in der Evangelischen Lebens-Pflicht P. I. p. 441. Von der lebendigen Erkändniß GOttes: So bald wir die gläubige Erkändnis haben / so ist schon ein Bekändnis in der Seelen / daß ein geistliches / Göttliches / ewigwehrendes / also auch ewiges Leben ist / und sagt unser Heyland Joh. III. 16. nicht / daß die Gläubigen das ewige Leben erst in jener Welt bekomen sollen / sondern daß sie es schon haben umb die Zeit / da sie gläuben. Qvibus merito addimus, qvæ apud eundem *in Præfat. Tabul. Hodosoph. Danhauer. lit. b.* de laudibus Mysticæ Theologiæ leguntur. *Mystica* inqvit *Theologia non circa solum intellectum occupatur; sed circa universam animam omnesq; ejus facultates, in qvibus divina reparanda est imago. Recte etiam considerata celebris mysticorum triplex via, purgativa, illuminativa & intuitiva suum habet in sacris literis fundamentum, qvod vel sola loca Gen. XIV. 21. 23. Ephes. V. 24. convincet, præcepta Domini sunt eaqve servat, qvi egit pœnitentiam & credit Evangelio, Marc. I. 15. Nec vero pœnitentia illa tantum est, qva nos primum regno DEI adducit, verum etiam qvotidie magis magisqve juxta baptismi nostri debitam & Catecheseos confessionem mundari renovari debemus. Hanc dixerit viam purgativam. In servandis præceptis Domini sedulus Patris Filiiqve in se dilectionem subinde ardentiorem experietur & CHRISTUS ei se manifestabit non sanè primum ad cognitionem salutarem sui ipsum adducens, sine qva fidelis nec credere, nec amare JESUM, nec præcepta ejus servare potuisset, sed lumen etiam cognitionis & visionis spiritualis in ipsa*

plurimum augens & intendens (uti visus nostri incrementa sunt similia illis, qvæ de cæco restituto narrantur) Marc. VIII. 24. 25. sicut etiam ad modum evigilationis & suscitationis ἐπιφάυσει ὁ Χριστὸς & prima lucis effulgentis convertentisqve & subinde intimius penetrantis, seq; effundentis continuante gratia qvam illuminationem viam, qvi nominavit, certè nihil absurdi dicat. Et inde *cum de illuminationis incremontis mysticus*, inqvit, *discipulum suum instruet, & qvæ vitanda sint & Doctoris illius cœlici in nobis vocem, h. e. lumen ex luce verbi cordibus à Spiritu S. inferendum, impediant & ei nos ineptos reddant, qva pietate, qva reverentia humili coram Majestate ejus, qvi in verbo suo nobiscum loqvitur, hoc tractandum, audiendum, legendum, meditandum, qvod obsequium animam deceat, ut parata sit Domini voluntatem propositam omnem & suscipere & facere, qva attentione opus sit ad sanctos motus Spiritus divini per verbum operantis in corde observandos, ut illos foveamus, cumqve ignis ille ardet & lucet, qvantum fieri potest, magis magisqve illustremur, incalescamus: cum motus illi divini neglecti jacturam gravem post se trahat.* Certe ad Enthusiasmum & Fanaticismum tendunt hæc omnia, directeqve adversantur Scripturæ, 2. Cor. V. 6. 7. dicenti: per fidem hic nos ambulare non per speciem. Wir wandeln im Glauben / nicht im Schauen / & qvod in futura æterna vita sit visio absqve speciebus intelligibilibus & visibilibus à facie ad faciem, 1. Cor. XIII. 12. 13. 1. Joh. III. 2. Nec Scripturæ adest unicus locus, ex qvo appareat, qvod detur hic qvædam experientia, qvæ spiritualia faciat sensibilia & sic intelligilia, ut ex tali experientia, qvomodo res ista spiritualis comparata sit, melius intelligamus & qvasi sentiamus; sed qvicqvid hic est, id illuminationi Spiritus S. in totum

adscribitur, qvi per verbum scriptum aperit oculos intellectus, eundem confortat, perficit & confirmat. Eqvidem largimur ad distinctiorem notitiam, aliqvid conferre experientiam, qvando hæc ista, qvæ in conceptu antehàc universali specifico & definitivo intellectu difficilia fuerunt, nunc in circumstantiis singularibus nobis sistit, non ipsas res reddendo clariores, sed tantùm impedimenta veræ agnitionis removendo, ne in agnitione veritatis de eo falsum conceptum formemus. At vero ex his circumstantiis non novam divinæ in nobis operationis erigere speciem, qvalem Scriptura ignorat qvæqve totius Enthusiasmi fundamentum est, hominibus persvasuri, non omnia in DEI verbo tàm distinctè descripta, sed multa etiam, qvomodo intelligenda, ex propria experientia addiscenda esse, id sanè prorsus impugnamus & detestamur. SPENERUS qvidem videtur velle loqvi de ista virtute & sensu, qvando discimus mentem & sententiam DEI intelligere. Verum enim verò examinanda prius nostra est notitia, an menti divinæ conformis tuncq; ad alias operationes & motus Spiritus S., talem cognitionem insequentes, respiciendum non ut mysteria ex illis melius intelligere discamus, sed ut nos exploremus, utrum in fide simus, an CHRISTUS per fidem in nobis habitet. Confundunt nempe Pietistæ partim cognitionem spiritualium rerum cum fructibus suis, sine qvibus tamen illa esse potest, partim verò experientiam ceu distinctum lumen Scripturæ jungunt, comprincipium ex eadem faciunt, atq; ita tandem portis bipatentibus Enthusiasmum in Ecclesiam intromittunt, statuendo, res practicas neminem posse intel-

intelligere nec dijudicare aut de iis rectè scribere, nisi ipsemet expertus sit, eumqve in finem ad propriam experientiam qvemlibet remittendo, id qvod pluribus manifestum dedit DN. BüCHER. *in Plat. myst. l. c. §. 30.* Non profecto habent qvo obvertant. Dictum Phil. I. 9. uti ἐπιγνώσει cognitioni πάσῃ αἰσθήσις omni sensui jungatur adeoqve dicatur, neminem habere sine sensu & experientia cognitionem veram non hoc probat, qvod DN. D. BREITHAUPT cum assèclis intendit. Nam Paulus hic expresse loqvitur de *omnis generis experientia* adeoqve αἰσθήσεως vocem non in proprio & stricto, de solo interiori significatu sumit, sed de omnibus illis, qvæ etiam absqꝫ interiori sensus affectione tàm in se, qvàm in aliis Philippenses eum in finem experiri poterant, ut in rebus spiritualibus vitæqve negotiis meliora probarent sinceriqve & nemini offendiculo essent. Atqve hæc experientia universalis ἐπιγνώσει seu agnitioni, qvæ hic præcedit juncta, atqꝫ ad discernendum qvænam sunt præstantiora, utilis & optanda est, neutiqvam verò dicit Apostolus, qvod res spirituales sine propria experientia intelligi neqveant. Sic enim nec mala spiritualia, vitia, &c. intelligerentur, qvorum tamen experientiam hi Pietistici Doctores à se esse prorsus remotam volunt. Non sanè è Scriptura, sed ex mystica sic dicta Theologia hæc illorum experimentalis agnitio natales ducit. MYSTICA enim & EXPERIMENTALIS Theologia sunt synonyma. Mystici gloriantur, se propria experientia absqve Doctore externo suam habere notitiam: Pietistæ præter veros verbi Præcones non nostros, sed Spiritus esse Doctores, internè per vocem sensibilem ab ipso

edoctos volunt. Mystici crepant non in intellectu, sed in affectu experimentali in gustu qvodam sensuali consistere ipsorum notitiam. Non aliud Pietistis animo sedet, sed per experientiam res divinas ità, scilicet intelligentibus ac si eas oculis suis præsentes usurparent, tangerent & gustarent. Mystici illi per vestigia illa, qvæ experientia in anima relinqvat, multò rectius spiritualia qvædam intelligere & percipere volunt, qvàm per omnes ratiocinationes, conclusiones & syllogismos. Pariter & Pietistæ syllogismis & omni Logico scrutinio experientiam opponunt. Mystici somniant, se rationem prorsus captivasse, cùm animam ab eis omnibus, qvæ per syllogismos & imaginationes didicerunt, immunem ita habent, ut nil in ea sit, qvàm species hæ interiores, vestigia, expressiones & ideæ experimentales divini amoris. Idem videtur Pietistis, animam ab omni illo, qvod non est DEUS se evacuasse, in ipso tanqvam in suo centro eorum animas acqviescere, & se in isto statu DEUM propriissime deprehendere. Omnia verè hæc non Scripturæ, sed lubrico experientiæ fundamento innituntur, inqve illam per modum circuli resolvuntur. Frustra provocant ad Ebr. VI. 4. 5. Nihil enim hujuscemodi experientiæ hìc occurrit, sed de illis, qvæ in cœlestibus bonis intimius qvoddam excellentius & solatii pleniſſimum gaudium oblectationemqve habuerint per Metaphoram prædicatur, qvod bonum cœleste gustaverint, h. e., qvod actualis participatio cœlestis boni istis contigerit in qvantum præsentis vitæ ratio permittit. De qvibus multisqve aliis legi merentur D. BüCHER. *in Plat. Myst. 2. qv. 8. §. 30. 31. & in Mantis. 1.*

tiſ. I. Menſ. XII. Piet. §. 8. in Myſt. Fan. c. 1. §. 11. & in Diſſert. de Not. Literal. & Spiritual. §. 11.

§. VIII.

Obſervamus (3) in Breithauptiana Theologiæ definitione, qvod dicat *eſſe illam Doctrinam ſecundum pietatem & cognitionem Veritatis, qvæ ſecundum pietatem ſub ſpe vitæ æternæ ſunt*, & hæc qvidem verba è Tit. I. 23. deſumta, ſed latet non Apoſtolica in eis mens. Dubio enim procul D. BREITHAUPT hoc intendit, qvod non ſufficiat dirigere notitiam ſuam ad pietatem, ſed prætereà reqviratur, ut Theologia in Theologo ipſa pia, h. e., Theologus reapſe pietati deditus ſit. Sic enim DN. D. BIELEFELD. *in Diſput. Inaugural. Kilon. Anno 1690. de Theolog. pia unicè vera ſuper h. l. Tit. I. 1. 2. Artic. c. 1. §. 6.* mentem ſuam aperuit: *Tam arctò inqvit, inter ſe vinculo connectuntur veritas divina & pietas, ut ne concipere qvidem nedum cognoſcere poſſis veritatem abſqve pietate ſimul atqve hanc demeris, illa ſtatim naturam ſuam amittet*, & c. II. th. III. *divina veritas in pietate conſiſtere dicitur, cohærere* invicem hæc duo ut ſeparari ſalvâ utriusq; naturâ haud poſſint. Paria habet *in Diſſert. de Dupl. Cognit. CHRISTI ver. & falſ. c. II.* De Particulis autem τῆς καθ' ἃ, qvæ ſecundum eſt, optimè monet DN. D. FECHT, *qvod antecedentem ſe vocem duplici modo determinare poſſint: Phyſicè rem & qvalis neceſſariò ſit nec aliter eſſe poſſit deſcribendo, vel moraliter & officium ejus, qvalis eſſe meritò debeat enuntiando. Dubium verò*, addit, *non eſt, cum hoc loco dicitur cognitio veritatis ejus, qvæ ſecundùm pietatem eſt vocem ſecundam id tantum dicere, qvalis Veritas Theologica eſſe debeat, in qvem finem ſua natura tendat, qvò ſi deſtituatur nullam laudem, nullum fructum habeat. Non autem ita indivulſo phyſi-*

coqve

coqve nexu conjungit, ut sine Pietate, qvod oppidò absurdum est, nec verè possit existere veritas in Exeg. exposit. Epist. Tit. c. 1. §. 1. Sicuti vera est Ethica veraq; in Ethices Professore rerum moralium notitia, qvando is virtutum pulchritudinem & utilitatem describendo ad earum exercitium invitat, licet ipse illud negligat nec per viam, qvam aliis tradit, ad felicitatem pervenire studeat, Ita hìc veritas, qvæ secundum pietatem est, non opponitur, illa impietati, sed veritati aliarum rerum, veluti Physicarum, Mathematicarum & Moralium, prout de iisdem Philosophi gentiles egerunt & asseritur, qvod hæc, qvantum in se est, veriorem pietatem, præ gentilium pietate, hoc est Christianam secundum DEI verbum instillet adeoqve rectè qvoad sensum à B. Luthero redditus est Textus die Erkäntnis der Warheit zur Gottseeligkeit / h. e. veritate qvæ ad Pietatem ducit & dirigit agnitio. Rectè etiam monet CALOV. *Bibl. Illustr. h. l.* qvod intelligatur *veritas Evangelica, qvæ ἐξοχικῶς veritas vocari soleat*, Gal. III. 1. Col. I. 15. adeoqve non nuda hìc sit notitia, sed qvæ cum fiduciâ conjuncta est. Hæc autem omninò ad Pietatem tendit. Conf. DN. D. SCHMID. Comment. in 1. Joh. II. 4. qvi monet τὸ γνῶναι non esse notitiam cum affectu charitatis, sed fiduciæ conjunctam, h. e., esse notitiam, qvæ est ipsa fides justificans, qvæ deinde pietatem vitæ insectatur. Conjunctio καὶ, ut aliàs freqventer ità & hìc per ἐπιξήγησιν fidem & cognitionem veritatis conjungit, præprimis cùm cognitio veritatis, qvæ secundum pietatem est, explicitè dicat qvod fides sit, cum fidei vocabulum id tantùm in genere expresserat. Pietas autem fidei & spei vitæ æternæ hic juncta, illa est, qvæ circa exer-

exercitia & officia Christianæ vitæ occupatur seu DN. D. L. OSIANDRO *in paraphr.* exponente, ut DEUM Trinum & unum diligamus atqve juxta ipsius verbum colamus & proximo benefaciamus atqve innocenter vivamus, qvæ uno verbo piè vivendi rationem dicimus. Cur autem in definitione Theologiæ ex Tit. I. c. 2. adducta, omiserint Pietistæ πίστιν ἐκλεκτῶν non immeritò qværit D. BÜCHER. Num meram crepent pietatem, qvæ sine fide æqve ut fanatica Christianismi definitio cassa nuce digna non sit? An fidem comprehendant sub experimentali notitia? cum aliud fides aliud ejus experimentum sit, ille actus directus, hic reflexio mentis. 2. Cor. XI. 5. Piet. ἀσυμβ. §. 2. p. 5.

§. IX.

Hac secundum Pietatem Doctrina è sermonibus CHRISTI imaginem DEI supernaturaliter instaurare penes animum & cognitionis habitu sensus exercitatos reddere, &c. DN. D. BREITHAUPT. nunc porrò dicitur. Circa qvæ verba (1) observemus Theologiam esse donum nec *justificans*, nec *sanctificans*, sed administrans, 1. Cor. XII. 3. Potest ergo etiam in hominibus impiis esse & experientia qvotidiana teste, proh dolor! reapse in multis esse deprehenditur & qvidem veram non tantum veritate *Logica*, sed & *Metaphysica*, dum essentiam sibi debitam habet, prout §. antec. VI. abundè probatum est. Certè Theologus pius cum peccat mortaliter non desinat esse Theologus, & contra cum resipiscit iterùm Theologus fit. Sic enim habitus Theologus uno momento adesse altero abesse posset, qvod absonum, cum habitus tam mobilis non sit & David peccans desinat qvidem esse bonus asceticus, verun-

tamen maneat Theologus. Vid. DN. B. MEISNER. *in Philoſoph. Sobr. Part. 1. Sect. 2. Cap. 2. qv. 1. aſſ. 2.* Tendit qvidem Theologia ad fidem & Pietatem : poteſt tamen ſine fide & pietate eſſe, Phil. I. 15. 16. Tendit ad Imaginis divinæ inſtaurationem jure meritoqve eo dirigenda eſt, inſtaurationem tamen divinam in ſuo conceptu non complectitur, ut ſine ea vera Theologia eſſe haut poſſit. Qvapropter nec ad definitionem, eſſentiam Theologiæ declarantem, referenda fuerat, ſed inſtauratione imaginis divinæ in ſeqv. dicemus. Obſervamus (2) Theologiam ipſi dici *doctrinam veritatis cognitionis habitu ſenſus exercitatos reddens ad dijudicandum bonum & malum*, qvæ verba extant, Ebr. IV. 15. Videtur DN. D. SEB. SCHMID. Apoſtolus hic tropos à ſenſibus & corporibus commiſcere, qvia αἰσθητήρια ſenſus corporis ſunt, qvos Paulus ad mentem atqve ſpiritum hominis Chriſtiani transfert. Putat autem eò etiam à corpore transferri ἕξιν, ſeu habitum, ſeu conſvetudinem ut ſolidior analogiæ fidei cognitio deſignetur, ad qvam comparandam labore & ſtudio pio cum ſedula Spiritus Sancti invocatione opus ſit. Utut ſit, fatetur D. SCHMIDIUS omni hic abſurditate carere *ſenſibus habitum* aſſignare, poſtqvam Apoſtolus nomen ſenſuum ad animum tranſtulit illisqve habitum attribuit. Conf. DN. D. CALOV. *Bibl. Illuſtr. ad h. l.* & *Syſt. Theol. Tom. I. Gen. prolog. de nat. Theol. qv. 4. n. 5.* probantem, non eſſe à Scriptura alienum *genus Theologiæ habitum* dicere illamqve *per habitum* & qvidem *intellectus practicum* definire, qvia hic definiatur per ἕξιν ἐχόντων τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα πρὸς διάκρισιν καλοῦ καὶ κακοῦ. Ceterùm & hic ambiguus eſt D. BREITHAUPT. vel enim *habitualis*,

tualis, vel *actualis* intelligitrr *veritatis* agnitio; *Si illa*, cur non unica voce *habitus* absqve ambiguitate conceptus contrahibilis ejus exprimitur? Sin vero hæc intelligatur, verus conceptus communis per *doctrinæ* vocem non indicatur, cum Theologia non in prædicamento actionis, sed qvalitatis sit. Conf. D. BüCH. in Piet. *συμβ.* §. 2.

§. X.

Accedimus nunc ad *finem* Theologiæ *proximum*, qvem *Dn. D. Imaginis divinæ instaurationem* esse dicit, c. 1. th. 6. & in resp. ad qvæst. 1. *An experientiæ spiritualis necessitas ex ipso Theologiæ fine censeri potest?* Affirm. *qvia finis Theologiæ est, ut temetipsum & eos, qvi te audiunt salutis compotes reddas, 1. Tim. IV. 13. seq. qvæ est imago DEI instauranda in te & audientibus hominem reducens ipsam cum DEO unionem, 2. Cor. III. 18. IV. 6. & tandem ad gloriam, 1. Cor. III. 12.* Idem th. III. mor. qv. 1. clariùs repetit, qvando imaginem DEI non præcisè qvatenus ea *instauranda*, sed qvatenus *conservanda* & indies *augenda* Theologiæ, qvæ dici solet *moralis* finem esse asserit. & ad qvæst. 2. negat gloriam & commoda hujus vitæ Theologiæ propositum finem esse, & tantam gloriam, tantum bonum vitæ spiritualis, seu imaginis divinæ esse vult, ut terrestris honoris cupiditas nec in illius consortium venire nec cum fide consistere possit. Joh. V. 44. Matth. VI. 22. 23. *Qvæ circa observamus* (*a*) finem Theologiæ, cujus gratia ipsa est, non unum esse, nec eodem modo, nec iisdem verbis à Theologis nostratibus salva tamen veritate recenseri. DN. D. CALOV. *Syst. Theol. prol. p. 8.* DN. D. KöNIG. *l. c. §. 1. seq.* & D. QVENST. *Syst. Theol. T. I. c. 1. 38. Finem Theologiæ* dispescunt *in ultimum*,

eumqve in *absolutè talem*, *gloriam DEI*, Prov. XVI. 4. 1. Cor. I. 31. Joh. XVII 4. *tum secundum quid talem*, *æternam hominum salutem*, Joh. XX. 31. 2. Tim. III. 11. 1. Petr. I. 9. de qvo tamen præterea notat DN. D. QVENSTEDT l. c. accuratè loqvendo *finem fieri esse salutem æternam*. *Theologiæ autem finem esse hominis ad salutem perductionem*. Nobis autem videtur & Theologum & Theologiam utrumqve intendere, sed illam remotius hanc propius, & intermedium finem atqve hunc rursus in *internum*, qvi in potestate Theologi est, scilicet explicare, confirmare & defendere, illa qvoad fidem & salutem hominum spectant & *externum*, qvi est extra potestatem Theologi, nec semper ab eo attingitur, nempe Fides salvifica. DN. D. BAYER. in *Comp. Theol. posit. prol.* §. 10. ferè aliter procedit præmittendo divisionem finis in *internum* & *externum*: hunc in *ultimum* & *intermedium* utrumqve in *objectivum* & *formalem* rursus dispescendo. *Objectivus* ipse DEUS infinitè perfectus & summè bonus uterqve unus est: *Formalis* ipsi dicitur operatio qvædam circa bonum, qvâ eo velut summo bono potimur & fruimur, qvi alius est, si *ultimum*, alius, si *intermedium* spectaveris. *Formalis ultimus* est vita æterna, seu intuitiva & *clara DEI visio*, item *amor DEI* intuitivè cogniti *intensissimus*: Finis verò *formalis intermedius*, *Fides in CHRISTUM* tanqvam causam impetrandæ gratiæ apud DEUM. Eodem deindè pertinere vult amorem DEI imo & actus alios, qvibus divinæ bonitatis participes reddimur ac suo modo totam vitæ sanctimoniam, de qva benè monet, eam non æqvè ut fidem rationem causæ habere in ordine ad finem ultimum, verum sicut vocem *medii*

ità & hic terminum *finis intermedii* in *latiori* significatione accipi oportere, atqve idcircò qvosdam hic terminum finis *secundarii* aut *concomitantis* usurpare, unde sic argumuntantur: Qvod si finis Theologiæ est vitæ sanctimonia in ea autem non subsisti ultimo, sed dari finem ulteriorem salutem æternam, ita qvidem ut qvamvis sanctimonia vitæ non præscribatur, ut per eam tanqvam causam conseqvamur vitam æternam; præscribatur tamen illa tanqvam ad viam vitæ æternæ pertinere per qvam eundum est, ne hic excidamus, rectè sanctimoniam vitæ *finem* Theologiæ *intermedium* dici, qvem si qvis cum addito finem *intermedium non causalem* respectu finis ultimi, dixerit, se non repugnaturum fatetur & adducit DN. D. FÖRSTER. qvi in Probl. Theol. Disp. I. tit. 9. seqv. Fidem Theologiæ in πράξει, qvæ praxis vel in fide, vel in vita exerceatur, constituit: & DN. D. JACOB. MARTINI, qvi Theol. Disp. II. §. 34. finem *externum* Theologiæ vult esse pietatem, cujus vera descriptio habeatur 1. Tim. I. 5. Hebr. XII. 14. DN. D. RUDRAUFF vero circa finem Theologiæ exponendum ita versatur ut finem dicat alium esse *cui*, qvi homo sit peccator ad salutem æternam perducendus, alium *cujus*, Hunc vel *internum*, qvi sit perfectio & instructio mentis & voluntatis, qva possumus divinitus patefacta & in Salutem nostram tenenda mysteria plenè cognoscere, cognita amplecti atqve piè & sanctè confirmare propugnare & vindicare, seu operatio & informatio Theologi circa peccatorem salvandum, vel *externum*, qvi sit hominis peccatoris per fidem in CHRISTUM Reconciliatio, regenerati sanctificatio, sanctificati ad æter-

nam salutem perductio, aut fides & vita æterna; ubi illa intermedius finis, hæc autem summus dicatur; de interno verò fine benè monet, variare eum apud DD. nam is aliis sit, qvi intra disciplinam continetur, aliis, qvi in nostra est potestate. Hinc & applicationem variare observat, prout hominis perductio ad finem aliis internum aliis externum dici consveverit, qvæ tamen ita componi posse judicat, ut si perductio sumatur *formaliter* uti est operatio Theologiæ circa peccatorem, internus sit finis, sin *terminativè* pro eo qvod spectatur relinqvendum vel relictum in peccatore, externus ita perductio ad fidem ut operatio Theologi sit finis internus, fides vero ipsa ut perductum Theologi externus. Porrò finem CUJUS alium dicit *objectivum* DEUM summè bonum, ad cujus fruitionem in Theologia omnia sunt ordinata; Alium *formalem* qvi in operatione animi circa DEUM consistat, qvà eo potimur & fruimur & hunc duplicem *ultimum* in æternâ vitâ conseqvendum, sc. visionem Dei beatificam cum amore Dei intuitivè: & *intermedium* in hac vita conseqvendum, fidem nempe vel operationem fidei & amoris: *ultimum* vel absolutè talem gloriam Dei vel *secundum qvid talem* vitam æternam esse dicit. De *intermedio* autem addit referri ad eam etiam sanctimoniam & perseverantiam in fide & sanctitate: id autem fieri non sub ratione *medii strictè & in rigore dicti*, qvi finis simul est causa conseqvendi finis ultimi sed *laxè*, ubi id qvoq; eò refertur qvod est *concomitans* aut qvod ex parte subjecti removet impediens, cavet ne fides, qvæ finis est intermedius & unica ex parte nostri causa Salutis organica, peccatis amittatur adeoqve eatenus qvà cum fide & subjecto salvando habet

habet connexionem & sic finis intermedius *adjunctum concomitans* audiat, in summâ instruct. *Theol. c. 1. th. 5. §. 3. & 4. & in Proth. Theol. gener. §. 15.* ubi monet vitam æternam dici qvandoqve *ultimum* finem, sc. respectu nostri & secundum qvid, qvandoqve *intermedium* vel *subordinatum* respectu gloriæ divinæ, finemq; Theologiæ debere etiam esse fidem Theologi, si sc. ille fuerit justus & ordinatus per se acceptum: injustum autem vel per accidens talem posse esse alium Theologi & vitio Theologiam profitentis præfixum. DN. D. GERHARD. in Exeg. proëm. §. 12. praxin illam, in qvam tanqvam finem tendat Theologia consistere dicit in facienda voluntate DEI juxta Matth. XIII. 17. Idem l. c. §. 26. asserit, *principalem ac summum* Theologiæ finem esse *DEI glorificationem, intermedium ac proximum eumqve internum, Informationem hominum ad salutem æternam, externum* autem *ipsam beatitudinis* seu vitæ æternæ consecutionem Luc. I. 76. Joh. V. & XX. 31. Rom. XV. 4. 1. Tim. III. 16. & qvæcunqve ad hunc finem non ducunt nec conducunt sive directè sive saltem indirectè sivè immediatè sivè mediatè ea non pertinere ad Theologicam γνῶσιν. Adhuc aliter DN. D. BROCHMAND. qvi tres Theologiæ fines facit (1) Eruditionem hominis *de rebus* ad *salutem cognitu, creditu & factu necessariis 1. Tim. III. 15. 1. Cor. I. 5. 2. Tim. I. 13.* (2) *proponere salutis doctrinam ut homo in hac doctrina velut nitido qvodam fusorio refingatur ac reformetur in CHRISTO ad imaginem DEI* Rom. VI. 17. Jac. I. 21. 2. Cor. III. 19. (3) *vitam æternam* Joh. V. 39. & XX. 31. DN. D. FECHT. autem in *Syllog. controv. Disp. II.* Theologiam definit per *notitiam veritatis divinitus revelatæ cum promptitudine eandem defen-*

defendendi ad Salutem æternam & studium veræ pietatis directam & in Colleg. *MSS. Thetico Antithetic. fidem justificantem & vitæ sanctitatem ad finem Theologiæ externum intermedium refert.* Conferatur hìc qvoq; DN. D. ABRAH. BATT. in *Disp. de Theol. in genere Art. I. th. 3.* Ex his satis apparet finem proximum & intermedium pro Synonymis haberi inqve ea latitudine sumi ut absolutè ultimo tantùm contradistingvatur. De Fine intermedio hìc porrò notandum eum vel in *causalem* & non *causalem*, in *adæqvatum*, qvi totam latitudinem Theologiæ exhaurit, ita ut omnia ad illum revocentur, & *inadæqvatum*, qvi tantum partem ejus certam respicit, in *primarium* & *secundarium* dispesci posse; strictè cum sumitur pro fine causali ita finis est, ut ejus adhuc sit alius finis & sic diverso respectu finis & *medium*. *Finis* autem respectu antecedentium mediorum: *Medium* antem respectu finis ultimi. Observamus (β) DN. D. BREITHAUPT, cum *proximum finem* ab ultimo sc. vitæ æternæ gloria distingvit eiqve adscribit, qvod hominem reducat ad ipsam cum DEO unionem & tandem ad gloriam, hoc ipso testatum facere qvod *proximus* sive *intermedius* finis ipsi non alius qvam *causalis adæqvatus* & *primarius* sit, id qvod Nostratium nemo hactenus, qvi dum *restitutionem imaginis divinæ* ad Theologiæ *finem* referunt, hoc de fine *intermedio* non *causali inadæqvato* & *secundario* omninò intelligunt. (γ). Observamus (δ) gloriam & commoda hujus vitæ non esse finem Theologiæ ex intentione divina & natura hujus habitus sibi saltem præcipuè proponendum. DN. D. BREITHAUPT autem è cit. loc. non rectè colligere qvod honoris terrestris cupiditas

ditas neqve in vita ſpirituali conſortium venire, nec cum fide ſtare poſſit, cum dicta illa de ambitione, qvando honor terreſtris coram & ab hominibus tantum neglecto vel contemto honore à DEO & apud DEUM expectando, qvod ipſum cum fide verâ ſtare neqvit. Diſtingvendum hic omnino eſt inter *verum* honorem, qvi præmium virtutis à Viris cordatis & virtute præditis exhibendum & *comicum* ac nomen honoris mentitum: itidem inter *legitimam* & intra ordinem à DEO præſcriptum manentem & *illegitimam* ac ordini divinitus præſcripto contrariam ejusdem cupiditatem. *Legitima* veri honoris cupiditas cum fide & vita ſpirituali omninò ſtare poteſt, ut *illegitima* & *vani* honoris cupiditas ab eadem excluditur. DEUS enim ſtrenuis Sapientiæ Spiritualis pietatisqve cultoribus non ſolum in genere hujus & futuræ vitæ bona promiſit 1. Tim. IV. 8. Matth. VI. 33. Sed ſpeciatim *gloriam terreſtrem* Prov. III. 16. hasqve promiſſiones in piis Regibus, Davide 1. Par. XXIX. 28. Salomone 1. Reg. III. 13. Joſaphato 2. Par. XVII. 5. XVIII. 1. Hiskia 2. Par. XXXII. 27. adimplevit. Vid. DN. D. GEJER. Comm. in Prov. III. 16. D. BüCHER. Piet. Ἀσυμβ. c. IV. §. 7. & in Zierold. ἐαυτοῦτιμωρ. n. 4.

§. XI.

Conſiderato ſic *Fine*, qvem DN. D. BREITHAUPT. Theologiæ *proximum* facit, nempe *Imaginis divinæ inſtaurationem*, nunc accedimus ad III. ipſam nimirum *imaginem divinam* & qvid *imago divina* ipſi ſit, ? *Imago DEI* ipſi denotat *conformitatem cum DEO*, *Similitudinem DEI* Jac. III. 9. c. II. th. 1. qv. 3. & theſ. 3. docet.

Imaginem DEI per lapsum amissam primariò sitam fuisse in veritate qvoad intellectum & voluntatem sapientia qvippe sanctitate & justitia : qv. 1. notat hominem qvoqve post *lapsum ad imaginem DEI factum dici* Gen. IX. 6. & Jacob. III. 9. Ast utroqve in textu non *sensu* aut *fine Theologico*, qvo ordinem ad salutem æternam respicimus ; Sed qvemadmodum homo constat spiritu & corpore; Sic inditam ei conformitatem cum DEO consistere dicit, *partim in animali* vita partim in vita *spirituali*. Ratione vitæ animalis *imaginem DEI esse, qvod animam habemus immaterialem atqve immortalem, qva pollet homo intellectu, voluntate & memoriâ ad dirigendos affectus & sensus ipsius etiam corporis præfectus & animalibus ceteris inferioribus. Qvoad has partes in se spectatas non amissam esse sed permansisse in naturâ humanâ, ratione autem vitæ spiritus, qva ipsius DEI est.* Eph. IV. 18. *illamqve animalem gratia ac veritate in Protoplastis omni ex parte instruebat, deperditam esse DEI imaginem tantopere ut nunc ad instaurandam illam opus sit creatione novi hominis Eph. II. 10. IV. 14. Col. III. 10. Gal. VI. 15.* & qv. 2. *dicit imaginem DEI complecti omnes vires ac virtutes & ad eas exerendas necessaria hæc tria integritatem, rectitudinem, efficaciam seu potentiam & ipsum actum vel agendi pronitatem, qva universa complectatur vox veritas nec non gloria* Rom. III. 23. *Theologis vocetur usitatè justitia originalis ad qvam* qv. 5. *internarum facultadum habitudinem referendam* asserit, ut *inferiores facultates affectum, sensuum internorum atqve externorum & membrorum corporis à superioribus disjungi neqveant & has inter & illas justissima esset assensio sine ulla carnis aut spiritus lucta aut rebellione aut appetitus rectæ rationi & voluntati absqve tarditate aut inordinato motu perfectè subjectus.* Thes. II. docet imaginem DEI per lapsum amissam

amissam *secundariò sitam fuisse in perfectionibus vitæ animalis cum immortalitate & dominio inter terrestres creaturas bonitate tum sua pariter gaudentes plenaria.* Th. V. *Causam & efficientem & finalem imaginis divinæ fuisse unionem & communionem DEI cum homine intimam & hominis cum DEO liberrimam. Illud qvando ex inspiratione primum facta influxus & communicatio mansit perpetua omnis divinæ plenitudinis* Gen. II. 7. Eph. III. 19. & *adhærens DEO unitè homo unus cum isto est factus Spiritus* 1. Cor. VI. 16. Hoc verò ut *homo eadem unione & communione beatissimè, constanter uteretur ac frueretur, id qvod doceat intentio & benedictio, qva ipsum DEUS condidit ac confirmavit* Gen. I. 26. 28. *nec non subjuncta prohibitio* Gen. II. 17. Thes. VII. *inter imaginem in hac vita sive ante sive post lapsum & gloriosam beatorum in cœlis, eam versari analogiam ut utraqve unius ejusdem sit naturæ nec lumen gratiæ à gloriæ lumine qvoad rem ipsam differat, sed tantum ratione modi ac graduum &* qv. 1. *utramqve imaginem DEI* sc. *ante lapsum & post lapsum in homine instauratam per CHRISTUM nihil aliud esse* qvam lucem & vitam *spiritualem sed eo cum discrimine ut ante lapsum illa se potuerit pleno lumine ac efficacia in viribus humanis exserere; post lapsum autem instaurata dominetur qvidem in fidelium facultatibus animi & corporis, verùm originalis peccati nebulis impediatur. Absconditam proindè esse eam cum CHRISTO in DEO qvi in membris suis ipsa vita & imago DEI existit donec cum ipso aliqvando patefiant in gloria,* scribit & qv. 3. *imaginem ex lumine gloriæ longè excellentiorem futuram consistere in modo & gradibus, qvibus CHRISTUS tanqvam vita ipsa in fidelibus tanqvam membris suis sublato peccati originalis obstaculo patefiet* Col. III. 3. 4. 2. Thes. I. 10. 1. Cor. XV. 49. 54. *Idem verò esse qvoad radicem ac rem ipsam lumen gratiæ ac*

gloriæ vult Col. III. 3. 4. & th. VIII. ad qv. 4. &c. definit *imaginem DEI qvod sit lux spiritualis, qvâ humanæ naturæ vires ad similitudinem DEI conditæ juxta agnitionem proprietatum divinarum in CHRISTO efficaciter renovantur ad sanctitatem & justitiam ut homo in animæ habitibus & actionibus similior Domino atq; ita glorioſior ac beatior paulatim reddatur* Gen. I. 27. Col. III. 10. Eph. IV. 24. 2. Cor. III. 18. & Th. VIII. qv. 1. *instauratam imaginem DEI esse Spiritum CHRISTI* Rom. VIII. 9. *Spiritum fidei* v. 11. 2. Cor. IV. 13. 14. & Thes. Moral. qv. 1. *Unctionem* 1. Joh. VI. 27. qva in thesi ipse *omne Christianorum officium in eo consistere vult ut imaginem DEI intra se instaurent* & qv. 2. *omne opus bonum intra hominem nihil esse aliud, qvam animi transformationem in Imaginem CHRISTI*, 2. Cor. III. 18. Thes. Doct. VIII. qv. 2. Necessitatem imaginis divinæ restaurandæ non *causæ meritoriæ*, sed *ordinis* & *conditionis subjecti* esse & *naturam aliter sanari non posse nisi ut recipiat vitam DEI in mente & corde* Eph. IV. 18. & c. 1. Th. Doctr. 6. *Imaginem DEI instaurandam hominem reducere ad ipsam cum DEO unionem* 2. Cor. III. 18. IV. 6. & *tandem ad gloriam* 1. Cor. XIII. 12. scribit.

§. *XII.*

Circa hæc DN. D. BREITHAUPT. de *Imagine divina* asserta jam observamus (1) in genere, eum more Pietistarum de *imagine DEI* ut & aliis dogmatibus ità loqvi & scribere, ut mox ea qvæ genuinæ sanorum verborum ὑποτυπώσει per omnia respondere videntur, mox ea qvæ ab eadem longissimè recedunt, uti qvidem terminis atqve dictis Biblicis ast non in sensu Biblico & à Spiritu Sancto in eisdem intento imo de imagine

gine DEI ita pronunciare, ut qvid per eandem designatum velit non facile cuivis pateat, ipsi autem & qvi eisdem hypothesibus adhærent qvando de suspectis vel erroneis assertis, ipsismet objectis respondere debeant, ad alia loca in qvibus de eadem materia orthodoxè locuti sunt semper provocare & sic scripta ipsorum legentibus venenum in istis latitans statim cognoscere haut liceat. Hinc *imaginem DEI* primariò in *Sapientia, Sanctitate & Justitia* sitam fuisse & complecti *omnes vires ac virtutes spirituales atq; ad eas exserendas necessaria*, mox *lucem spiritualem qva humanæ naturæ vires ad similitudinem DEI conditæ rectè agnitionem proprietatum divinarum in CHRISTO efficaciter renovantur ad sanctitatem & justitiam &c.* mox *ipsum CHRISTUM* mox *Spiritum CHRISTI* vel *fidei* vel *unctionem* eam esse vult. Vid. DN. D. JäGERI *in Exam. novæ Theol. Poiretti & Mad. de Bourign. contr. 1. p. 23.* D. BüCHER. *in proëm. Zierold. ἐαυτοσ. n. 5. & Pietist. ἀσυμβ. c. 1. th. 5.* (2) Observamus DN. D. ZIEROLD. in dissert. *Proëm. cit. §. 2. & 3. & in. err. calumn.* BüCHER Synops. annex n. 5. adversariis suis imputare ignorantiam imaginis divinæ primi hominis, ceu fontem & originem maximorum errorum Fanaticorum in universa Theologia & præcipuis fidei articulis & calumniarum qvas ex iis promanasse vult: Ast potiore jure Pietistæ haut levium sed gravissimorum ac fanaticorum errorum circa imaginem divinam accusari & in scriptis orthodoxorum adversus illos editis convinci. Et utut ignorantia imaginis divinæ non possit non gravissimos errores in Theologia parere, nec homini naturali qvà tali de eadem constet, eaqve è sola revelatione divina cognoscatur; attamen

inde non seqvitur qvod illa nisi per gratiam CHRISTI patefacta restauraretur non agnosceretur & qvod homo irregenitus, in qvo imago DEI non restauratur, non tantum imaginem DEI ignoret sed & perpetuò circa ejus cognitionem erret, cum à *negatione restitutionis* alicujus rei ad *negationem cognitionis* ejusdem haut rectè colligatur, qvippè proh dolor! experientiâ teste, haud pauci sunt, qvi doctrinam de divina imagine ut & multis aliis rebus spiritualibus recte tenent, in qvibus tamen illa restaurata non sit nec hæc verè possideantur. Eqvidem DN. D. ZIEROLD. indic. cit. n. 65. asserit DN. D. SPENERUM & amicos ipsius non alia qvàm qvæ in sacris literis habentur dogmata profiteri nec ad aliam imaginem divinam nec ad aliam perfectionem ducere; Sed contrarium jam ab Orthodoxis Theologis ipsis ostensum est. Vid. DN. D. SCHELW. in Synops. Controv. artic. XII. BÜCHER. in *mansc. XI. Piet. p. 493. in Piet. Ἀσυμβολ. c. 1. Th. 4. & c. IV. n. 1. & 17. in Anti-Pietist. p. 18. seqv. & in Zierold. ἐαυτοσχεδ. n. 1. & n. LXV. D. Rump.* in disp. de imagine DEI recent. *qv. inprimis Piet. qv. 1. 2. & 3.* Idem etiam ex illis qvæ in seqventibus in specie erunt observanda patere posse putamus.

§. XIII.

Observamus enim circa ea, qvæ è DN. D. BREITHAUPT. circa divinam imaginem adduximus jam *in specie* (1) Verè qvidem dici qvod imago *DEI conformitas sit cum DEO & similitudo DEI* Jac. III. 9. sed de eo jam dispiciendum, an conformitatem istam etiam in eis collocet, in qvibus prævia scriptura id fieri debebat.

Illud

Illud enim satis patet è sacris literis, qvippe qvæ referunt qvomodo DEUS hominem in Imagine sua ad similitudinem condere decreverit Gen. I. 16. istudqve decretum in effectum deduxerit ut hominem *imaginem suam Gen. I. 27. IX. 6. juxta imaginem Col. III. 10.* in *Similitudine sua* Gen. V. 1. *juxta Similitudinem suam* Jac. III. 9. creaverit. Hinc qvamvis aliàs *imago* & *similitudo* differant ut *species* & *genus*, qvià juxta AUGUSTINUM *l. 43. qvæst. 73. ubi est imago ibi continuò est similitudo; sed non contra, ubi est similitudo ibi statim imago & ad propriè* sic dictam duo reqviruntur; tum *similitudo* ut repræsentet *archetypum* vel *exemplar suum* æqve & *imago*, qvod sine similitudine fieri non potest, tùm *origo* vel *processio* imaginis ab Archetypo ut ab eo profecta & expressa sit; Εἰκον enim vel imago JUSTINO qv. & resp. ad Græcos definiente ut ἧς ἡ γένεσις διὰ μιμήσεως, qvod ANDREAS PLACUS in Lexic. Bibl. super Psalm. LXXII. reddit cujus generatio est per imitationem. Similitudo qvoqve DEI cum ita imago vocetur ea intelligenda est, qvæ à DEO homini impressa, qvâ DEUM ceu Archetypum repræsentat: In scriptura tamen de imagine DEI agente voces hæ permutantur & eodem ferè modo tanqvam Synonyma accipiuntur Gen. I. 27. V. 3. IX. 6. Sap. II. 23. Hoc verò, scilicet qvomodo & qvæ DN. D. BREITHAUPT de imagine asserit cum sacris literis conspirent, è collatione eorum cum his patescet. DN. D. BREITHAUPT conformitatem istam homini inditam partim *in animali* partim in *spirituali vita* constitisse: hominem post lapsum qvoqve ad imaginem DEI factum in sacris literis dici Gen. IX. 6. Jac. III. 9. vult, fieri autem id non sensu aut fine Theologico, qvo ordinem

dinem ad salutem respicimus & sic imaginem ratione vitæ animalis qvod homo habeat immaterialem atq; immortalem, qva is pollet intellectu, voluntate & memoriâ ad dirigendos affectus & sensus ipsius etiam corporis præfectus & animalibus ceteris inferioribus; eam non esse amissam sed in naturâ humanâ permansisse asserit: Ast scriptura conformitatem istam cum DEO, in qva DEI imaginem collocat, non tam *latè* extendit ut & ea qvæ ratione vitæ animalis homini conveniunt & in qvibus *aliqvam similitudinem* habet cum DEO eo referenda totamqve potius imaginem divinam in nobis amissam & per gratiam Spiritus Sancti restituendam esse docet. Uterqve qvidem Locus citatus è nonnullis etiam Nostratium Theologorum sic exponitur ut de homine post lapsum ob rudera & reliqvias imaginis divinæ, qvæ post lapsum in homine adhuc dantur Rom I. 8. 9. II. 15. 16. accipiatur. Sed potius alii demonstrarunt provocari heic ad historiam Creationis hominis primævi in Imagine divina creati pluribus id demonstrante DN. D. SEB. SCHMIDIO in luculentissimo Tract. *de imagine DEI Sect. I. p. 159. & 238. seq. qvi* sensus omninò Theologicus & Biblicus est. Eqvidem solet significatio vocis imaginis ita distingvi ut *imago* vel *generaliter* de *qvâcunqve congruentia* hominis cum DEO sensu scilicet *Patristico* & *Ecclesiastico*, apud Patres & Doctores qvosdam Ecclesiæ obvio, qvi verò sensus plus in Ecclesia turbavit qvàm profuit optime judicante DN. D. FECHTIO *Syllog. Contr. disp. XIV. thes. 3.* vel specialiter & in sensu Biblico inqve sacris literis designato sumatur Vid CALOV. *Syst. Theol.* Tom. IV. Art. 2. c. 2. p. 570. Sic & imago

vel

vel ὁλικῶς accipitur pro ipsis donis & bonis hominis in prima sua creatione concessis & complectitur non solum ea, qvæ principaliter eam constituunt, ut sunt perfectiones animæ, scilicet intellectus, voluntatis & appetitus sensitivi; sed etiam ea, qvæ minùs principaliter eam constituunt, ut sunt perfectiones corporis & externum in creaturas sublunares dominium: vel μερικῶς prout inter principalem & primariam conformationem hominis cum DEO & qvæsita erat in facultatum & virium animæ integritate εὐταξία & rectitudine & sic imago uno nomine dicitur *Justitia originalis.* Vid. DN. D. KÖNIG. *l. c. de Imagine DEI, §. 8.* & DN. D. QVENSTED *in Syst. Part. 2. Sect. 1. c. 2. §. 8.* Malè autem faciunt DOCTORES HALENSES & qvi illis in hoc assentiuntur, qvod sensum istum Patristicum cum *Papæis, qvibusdam Calvinianorum, Servetо, Majoristis, Socinianis, Arminianis, Flacianis* & *Fanaticis* in Ecclesiam introducunt eumq; dictis Biblicis probare intendunt, cum, si Scripturæ phrasin imitari velimus, potius dicendum sit, eam non esse ipsam animam ratione substantiæ, nec eorum, qvæ post lapsum homini naturaliter insunt & in non renatis locum habent, accurate judicante DN. D. GERHARD. *LL. Theol. Tom. II. de Imag. §. 30. seqq. & in Disp. Isagog. XXI. 5.* Et sic satius omninò fuisset ab hac acceptione potius abstinere, saltem circa eam monere, qvod Sacræ Scripturæ fundamento ea haud nitatur, qvam eam vivis coloribus depictam sistere & de eâdem dicta Biblica contra intentionem Spiritus Sancti explicare. Qvomodo D. JOH. BAPTISTA von HELMONT/ *Philosophus per ignem dictus*, non tam ad animæ facultates, qvàm ad ipsam

animam referendam esse imaginem DEI doceat; id apud DN. D. JOH. ANDR. SCHMID *in Diss. de Joh. Bapt. Helmont in doct. de statu integr. & corrupt. errantib. ignib.* jam pridem refutatum legi potest. DN. D. ZIEROLDO, in dem Unterscheid der wahren und falschen *Theol. pag. 37.* dicenti DN. D. BREITHAUPT de acceptione impropria non verò Theologica fuisse locutum, meritò respondetur (1) hoc simul fuisse addendum, nec dictis Biblicis eam significationem præter mentem Spiritus S. applicandam. (2) Pietistas absolutè & sine ullâ limitatione de Imagine DEI loqvi, prout D. JOH. ANASTASIUS FREYNGSHAUS in der Grundlegung der *Theol. Hal. part. 2. art. 1. §. VI. pag. 120.* absolutè scribit: Es wird aber durch das Göttliche Ebenbild nichts anders verstanden / als die Gleichförmigkeit / welche der Mensch nach der ersten Schöpffung mit GOTT gehabt / & paulò post: Es beziehet sich aber dieselbe insonderheit (1) auf das Wesen der Seelen selbst / als welches dem Menschen GOTT eingeblasen / im 1. Buch Mosis *II. 7.* und geistlich ist / wie GOTT ein Geist ist / *Joh. IV. 24.* und dero unterschiedene Kräffte / nemlich den Verstand / den Willen und das Gedächtnis / uti & id JOH. JOACH. BECHER. *in Psychosi* asserit *p. 28. l. c. qv. 1. §. 9.* die Seele ist das rechte Ebenbild GOttes / & *pag. 58. & 55.* und das bezeuget die menschliche Seele / als das Ebenbild GOttes / *cit.* DN. RUMPÆO *Diss. alleg. qv. 1. §. 3.* Conf. DN. D. CALOV. *Comm. in Gen. pag. 127.* & DN. D ZENTGRAV. *Diss. de nov. Hom. §. 4.* DN. D. BÜCHER. *in Piet. ἀστραβ. c. 4. §. 2.*

§. XIV.

Observamus (2) circa ea, qvæ de vita animali & spiri-

spirituali DN. D. BREITHAUPT affert utramqve vitam à DEO vivo, Ps. XLII. 5. Dan. IV. 31. 1. Thess. I. 9. in essentiâ uno in personis Trino, cum opera ad extra essentialia communia sunt ac indivisa, Joh. V. 19. X. 17. 13. Actor. XVII. 25. 28. homini primævo per gratiam creationis concessam, ast non in utraqve imaginem DEI in sensu Biblico ponendam, utramqve etiam verbo Divino conformiter explicandam esse. Qvod qvomodo non fiat à Pietistis, seqventia magis perspicuè exponent. Dedit DEUS homini vitam animalem consistentem in conjunctione animæ & corporis, uti id patet ex Historia creationis, Gen. II. 7. ubi DEUS dicitur inspirasse in nares ejus נִשְׁמַת חַיִּים *Spiritum vitarum* & sic *homo factus in animam viventem*. DEUS summè bonus vitæ communicatione bonitatem suam illustrem reddidit non tantùm jubendo movere se aqvas ratione animæ viventis, Gen. I. 20 & terram producere animam non tam in genere suo jumenta & reptilia & bestias terræ secundum species suas, Genes. I. 20. 23. sed etiam præcipuè hominem faciendo in animam viventem, Genes. II. 7. De eximia hominis & vitæ ipsius prærogativa præ reliqvis omnibus animantibus clarè testatur singularis DEI opera in ejus productione adhibita. Nam cum alia DEI opera solo ejus nutu & efficacissimo verbo FIAT producta sunt, in homine verò creando ceu majoris momenti opere DEUS veluti deliberabundus & sese ipsum ad arduum præprimis opus excitans dixit: Faciamus hominem in imagine nostra, secundum similitudinem nostram, nec non secundum decretum suum condidit hominem primævum vers. 27. ipse glebam qvasi digitis suis comprehendere

hendere & tractare dignatus est, instar Plastæ corpus manu sua formavit, figura ac vario decore à reliqvis animantibus discrevit: Vitam vero qvâ moveretur & animaretur non è *potentia materiæ* eduxit, sed *extrinsecus* indidit, dum animam rationalem ab omni materia liberam immediatè produxit eamqve inspirando communicavit: Gen. II. 7. Qvod non ita intelligendum, ac si DEUS de sua substantia uti *Pythagorici, Platonici, Stoici, Epictetus, Seneca* animam divinæ particulam auræ dixerunt & *Manichæi ac Priscillianistæ* animas humanas ex DEI substantia extitisse docuerunt, ideo *Bracarensis Concilii Canon. V.* damnati, qvia DEI substantia communicari neqvit & indivisibilis est, Esa. XLII. 6. Id enim repugnat naturæ DEI spirituali, simplicissimæ, indivisibili & unicæ, qvæ nec misceri cum alio nec dividi, nec pars aut portio alterius fieri potest, Mal. III. 6. Jac. I. 17. Nec per illud *spiraculum vitarum* ipse Spiritus Sanctus tertia SS. Trinitatis persona intelligitur, uti vult Philastrius *in Catal. Hæret. c. 99.* qvippe hic cum Patre & Filio creator hominis tùm qvà corpus è terrâ formatum, cùm qvà animam illi divinitus inspiratam, Gen. I. 2. 26. Job. XXXIII. 4. Sed ipsa anima rationalis Spiritus est, qvem DEUS dedit, Coh. XII. 7. Ps. CXLVI. 4. XXXI. 6. Luc. XXIII. 46. qvæ est spiritualis, indivisibilis atqve immortalis naturæ, & qvia in homine simul est vegetativa ac sensitiva ex qva oritur respiratio & exspiratio unde ψυχὴ à ψυχάζω frigus capto נֶפֶשׁ à נָפַשׁ respiravit dicta monente CALOVIO in Bibl. Illustr. in Gen. II. 7. qvi etiam de spiritu hominis diviniore addit non apparere qvidnam per illum velit GROTIUS, anne qvod DEUS animam de sua substantia inspiraverit, ut

præter

præter supra citatos & AUTOR SPEC. *Cord.* pro imagine nobis obtrudit animam, qvam homo à DEO accepit, P. III. Anima est ex halitu Imago DEI naturalis; Die Seele ist aus dem Odem GOttes sein natürlich Bild. Vid. SCHELGV. *Qvacker. Part. I. p. 434.* an verò cum CRELLIO spiritum hominis cum spitituali divinâ essentiâ ad idem genus revocatum cupiat, aut qvomodò hominis spiritum diviniorem ratione inspirationis à DEO factæ statuat, si non hoc referendum ad originem animæ à DEO, DEUS autem animam insufflâsse dicitur non *proprè* ac eo in sensu qvod ex mente AUGUSTINI EUGUBINI & OLEASTRI per corpoream actionem oris ceu externum Symbolum id fecerit & qvasi forma humana induta, tanqvam ex pulmonibus suis inspirârit, prout CHRISTUS insufflando Apostolis suis impertitus Spiritum Sanctum, Joh. XX. 22. sed per ἀνθρωποπάθειαν & per singularem & simpliciter immediatam vim & actionem in condenda hominis anima dum & insufflando eam creavit & creando insufflavit corporī. Anima enim non ex DEO tanqvam è *principio materiali*, sed à DEO tanqvam à *causa efficiente* & singulari ratione in hominis productione agente inspirata est. Hinc LOMBARDUS rectè Lib. II. dist. 17. ex *Augustino*, *flatus*, inqvit, *qvo hominem animavit factus est à DEO, non de DEO, non de aliqva materia, sed de nihilo*; Anima hæc dicitur *spiraculum vitarum* voce in plurali numero posita, qvæ licet etiam singularem significationem habeat, Psalm. XX. 5. Job. X. 12. hic tamen denotare videtur omnem modum seu speciem vitæ, qva ad perfectionem hominis pertinet, non tantum vegetantem plantarum, aut sensitivam bestiarum, verum etiam vitam animæ rationalis,

sive animam viventem rationalem, qvæ duos priores vitæ gradus virtualiter continet. *Spiritus* enim hic per inspirationem divinam inditus, totum corpus reddebat vivificum, ut vivens, sentiens atq; intelligens inde prodiret homo, 1. Cor. XV. 26. Ast in hac *animali vita* non consistebat imago divina ante lapsum, nec post lapsum consistit, qvippe qvæ in Adamo per lapsum non amissa est, nec per gratiam CHRISTI in homine restauratur. Multò minùs autem probari potest, qvando Fanatici hodierni controversiam de animæ ex nihilo creatione, qvæ B. AUGUSTINI temporibus vexata fuit, sed à longo tempore in Ecclesiâ CHRISTI contradicentem non habuit ex orco revocant, prout cum *Anton. Bourignon* sua malè sana Magistra *Dn. Poiret* Tom 1. oecon. c.10. multis asserit *animam hominis qvoad substantiam suam non esse ex nihilo, sed ex DEO ideoqve divinæ essentiæ portionem aliqvam* & pag. 267. *hominem qvoad animam & spiritum suum eqve ex essentia divina progenitum, qvemadmodum Verbum, seu Filius DEI est, saltem cum hac distinctione, qvod Filius DEI sit ex essentia divina per generationem necessariam, hominis verò per arbitrariam, item qvod subsistentia, qvæ est in Filio DEI, sit oriunda ex DEO, subsistentia vero animæ nostræ sit ex nihilo: unde tantùm illum modum metaphysicum ὑποστάσεως, seu substientiæ in anima nostra contendit ex nihilo esse, substantiam verò ipsam ortam esse ex natura divina.* Qvem PYTHAGORÆIS, PLATONICIS, GNOSTICIS, MANICHÆIS, MAHUMEDANIS, WEIGELIANIS, BÖHMISTIS & PIETISTIS probatum, verbo autem revelato apertè contradicentem errorem solide refutatum sistunt DN. D. JÆGER. *in Exam. Theol. nov. n. XX.* DN. POIRET & ANTON. de BOURINGN. *Controv. 4. & 12.*

4. & 12. & DN. BüCHER. *in Piet. ἀσυμβ. c. 1. th. 4. c. 4. §. 5.* Conf. DN. D. NEUMANN. *in Poir. Fanat. §. 7. & de Κωφοθεάσ. Fanat. §. 7.* DN. RUMP. *Diss. cit. qv. 2.* Qvod vero attinet *vitam* hominis primævi *spiritualem*, qvam non minus ac animalem ipsi dedit DEUS, ea consistebat in imagine divina ipsi concreata, Genes. I. 26. 27. & II. 7. Qvando enim DEUS homini primævo spiraculum vitæ inspirasse dicitur, non anima nuda & in *puris naturalibus*, qvæ SCHOLASTICI vocant, sed in imagine DEI fulgens & corruscans anima indita corpori fuit, cum homo creatus sit in imagine juxta *similitudinem DEI per inspirationem animæ simul ipsi communicatam*, qvippe inspirando transfudit in eum imaginem suam, vel potiùs inspiravit animam imagine sua instructam. Vid. DN. D. CALOV. *Bibl. illustrat. l. c.* Erat hæc *DEI imago* in homine primævo *perfectio naturalis in excellente conformitate cum DEI Sapientia, Justitia & Sanctitate consistens* & animæ competebat ratione suarum facultatum, qvatenus illæ circa creatorem suum actuosæ sunt, illisqve mediantibus homo cum DEO communionem habet in omnibus vitæ suæ facultatibus & motibus. Hæc perficiebat intellectum ἐπιγνώσει & voluntatem δικαιωσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας & appetitum sensitivum rectitudine ac conformitate tùm cupiditatum, tùm affectuum cum recta ratione, ita ut membra affectui, affectus voluntati, voluntas rationi & ratio legi divinæ adhæreant, docente Spiritu S. in sacris literis, dum hominem non solum rectum à DEO conditum esse asserit, Coh. VII. 29. Sed & eundem lapsum ad imaginem ejus, qvi ipsum condidit in *cognitione DEI*, scil. & in *justitia & sanctitate veritatis secundum DEUM*, Col. III. 10. Eph. II. 24.

Hæc

Hæc erat verè illa hominis primævi vita ſpiritualis, cujus poſſeſſio vividum & lætum ſenſum communionis, participationis ac amicitiæ DEI & bonorum ejus tùm terreſtrium, tùm cœleſtium uſum liberalem afferebat, Huic *ſpirituali vitæ* opponitur in ſacris literis mors *ſpiritualis* cum homo in peccatis mortuus & abalienatus à *vita DEI* propter ignorantiam, qvæ in illo eſt, & propter obdurationem cordis ipſius, Eph. II. 1. IV. 18. Scire etiam juvat dilucidioris explicationis gratiâ imaginem divinam dupliciter conſiderari poſſe, (α) ἁπλῶς & *abſolutè* prout in Prædicamento *Qvalitatis* & habitus concreatus eſt, ſeu qvoad *materiale*, uti Theologi vocant & per illud ἔμφυτον & *concreatam illam omnium virium integritatem & omnium potentiarum* εὐταξίαν *ac totius humanæ naturæ rectitudinem cum lege DEI perfectè congruentem intelligunt* & (β) σχετικῶς, vel *relativè* prout in Prædicamento *Relationis* collocatur, ſeu qvoad *formale*, uti dicunt, & illud fuiſſe *acceptationem perſonæ* DEO *placentis, inhabitationem DEO gratioſam & ſummorum bonorum largiſſimam aſſerunt* DN. D. GERHARD. *LL. CC. de Imag. DEI in Hom. ant. lapſ. §. 40.* & B. DN. D. MEISNER. *in Anthrop. Dec. I. qv. VI. n. 51.* Conf. DN. D. J. A. OSIAND. *in Diſp. de Stat. & Oeconom. vit. prim. §. 7. ſeqq.* Qvomodò autem in explicanda vita *ſpirituali* hominis primævi & imagine divina ab Orthodoxis hodierni FANATICI & PIETISTÆ inprimis etiam DN. D. BREITHAUPT recedant in ſeqq. §§. exponemus.

§. XV.

Hinc obſervamus (3) circa aſſerta Breithauptiana de imagine divina eum definiendo imaginem divinam per *lucem ſpiritualem qvâ humanæ naturæ vires ad ſimilitudinem*

nem DEI conditæ juxta cognitionem proprietatum divinarum in CHRISTO efficaciter renovantur &c. Sub luce ſpirituali complecti omnia illa, qvæ de eâdem prædicet ſcil. qvod ſit *ipſe CHRISTUS, Spiritus CHRISTI* vel *Spiritus fidei, facies CHRISTI glorioſa, vita ſpiritualis & fons aqvæ ſalientis in vitam æternam, gloria DEI qvam ſecundum attributorum effectus miſericordiam, potentiam, ſanctitatem verè credentes experiuntur; affluentiam virium divinarum, influxum radiorum gloriæ divinæ*, ut Autores Nov-Antiqv. Theol. Anno 1701. pag. 416. jure merito de hiſce judicaverint, qvod conſpirent cum illis, qvæ Fanatici aliàs docent, dum ſpreto *CHRISTO pro nobis CHRISTUM in nobis* omnia efficere debere ipſumqve *eſſentiale divinum penetrans lumen, qvod à nativitate in nobis ſit, in regeneratione* autem *prorumpat & incrementum capiat*, eſſe volunt, & hoc *lumen* vocant *internum hominem, ſpiritum, novam nativitatem, ſcintillam, cœleſtem tincturam*; ſic THEOPHRASTUS PARACELSUS in der Hand- und Denck-Bibel c. IV. ſcribit: CHRISTUS **iſt der neue Menſch**: SCHWENGFELD. *T. I. Ep. p. 868.* Der inwendige Menſch iſt der Verklährte: Sic VAL. WEIGEL. *part. III. poſtill. p. 16.* Ein trefflicher Irrſahl iſt es bey den falſchen Chriſten / daß Sie einem andern laſſen das Geſetz thun / Leyden / Sterben / und Sie wollen ohne Buſſe ſich behelffen mit der *Juſtitiâ imputativâ*. Nein / in der Wahrheit es hilfft dich nichts von auſſen an; Spring hoch oder nieder; *Vita CHRISTI* in Dir muß es thun / *CHRISTUS inhabitans non ab extra manens.* Nun bringet der wahre Glaube / der da iſt *Vita CHRISTI*, in uns / mit ſich ohne alle Widerrede das *combaptizari*, das *compati, concrucifigi, commori, conſepeliri* und daß *conſurgere*, die *Unio eſſentialis* muß es

thun / das wir Jhn geistlich und leiblich in uns haben / wo bleibest du mit deiner ertichteten Imputation? p. 55. Soll es uns nütze seyn / Christi Leyden / Sterben / sein Verdienst / so muß Er nicht ausser uns bleiben und der ertichteten Imputativæ justitiæ zugerechnet werden. Nein / traun CHRISTUS extra nos non salvat. Da ist Christus todt / ausser uns ist kein Leben / sein Tod muß in uns seyn / so ist erst Christus in uns; und im Gülden-Griff c. 25. p. 67. das Wort ist die Weißheit im Menschen / es ist der Saame GOTTES & ANDR. OSIANDER *in disp. de* justif. Anno 1550. habita th. 73. *Glacie frigidiora*, inqvit, *docent nos tantum propter remissionem peccatorum reputari justos & non etiam propter justitiam* CHRISTI *per fidem in nobis habitantis apud* WARNSDORFF. *in Osiandr. in Piet. renato.* c. II. p. 41. seqq. & DN. RUMP. disp. cit. Sic. NOVELLI PROPHETÆ scribunt: Also ist unser Geist vollkommen / wenn er den Heiligen Geist gleich worden ist / und ein Geist mit Jhm / 1. Cor. VI. 17. In solcher Liebe / daß wir ein Hertze / eine Seele und ein Geist mit GOTT seyn / in Christo durch den Heiligen Geist / und diß ist der Process, durch welchen wir heilig / getrost / und fromm worden seyn und bleiben / und auch seyn müssen und sollen / wollen wir anders GOTT dermahleins schauen im Himmel. c. IV. p. 62. 63. 64. Vid. Denn **Ausführlichen Bericht / des Predigampts der Christlichen Gemein zu Lübeck / Hamburg und Lüneburg** p. 470. seq. Sic CHRISTIAN. HOHBURG im **Geheimniß der Menschwerdung** *p. 23. & 25.* Der neue Mensch / ist eine aus GOTT ausgehende geistliche und göttliche

Krafft /

Krafft/ eine himmlische Tinctur & JAC. BöHM: Der wesentliche Glaube im Menschen/ ist Christus selber/ der im Menschen bleibet/ und dessen Leben und Licht ist/ im Büchl. vom Christ. Test. p. 131. ROBERT. BARCLAJ. *Apol.* th. VI. VII. p. 83. per *lumen illud* intelligit *spirituale, cœleste & invisibile principium & organum, cujus divinæ & glorioſæ vitæ menſura omnibus ineſt ſicut ſemen, qvod ex natura ſua omnes ad bonum invitat & inclinat, qvod & tum ſuis vocat vehiculum DEI ſpirituale CHRISTI corpus, carnem & ſanguinem CHRISTI, qvæ è Cœlo venêre.* Et addit: *Hic ille CHRISTUS internus eſt de qvo nos tantum & tam ſæpè loqvi & declarare audimur ubiqve prædicantes illum & omnes hortantes ut in lumen credant, ut CHRISTUM in ſemetipſis natum & exſuſcitatum noſcant ab omni peccato illos liberantem* & paulo poſt: *Non intelligimus hoc lumen & ſemen eſſe accidens, ſed credimus eſſe realem, ſpiritualem ſubſtantiam, qvam homo ſentire & apprehendere poteſt & ex qva realis & ſpiritualis partus in fidelibus vocatur nova Creatura, novus homo in corde provenit & oritur:* Et FRANC. PUCCIUS famoſiſſimus ille Naturaliſta de *CHRISTI Servat. efficacia in omnib. & ſingul. qvæ. homines ſunt, pag. 34. CHRISTUM eſſe Lucem divinam, qvæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, dicit, & tamen pag. 26. *incorruptum illum DEI & CHRISTI ſpiritum, nempe rationem ipſam* vocat citant. DN. M. COLBERG, Collega meo in Patria Academia & Eccleſia Wiſmarienſi qvondam conjunctiſſimo *in Plat. Hermet.* Chriſtenthum *Part. II. pag. 632.* Conf. DN. D. FECHT. *in Diſp. de Chriſt. in nobis c. 1. §. 6.* DN. D. ITTIG. *in Præfat. Böſian.* DN. M. RENECC. DN. D. NEUM. *in Poir. Fanat. §. 33* DN. D. WERNSDORFF. *l. c. C. II. §. 18. 19.* Hinc non poſſumus non

improbari in definitione BREITHAUPTIANA, qvod imaginem per lucem ſpiritualem definiat cum (a) in Scriptura & Libris noſtris ſymbolicis ea ſic non definiatur. Nam utut APOLOGIA AUG. CONFESSIONIS *Germ. exempl. fol. 25. a.* eam vocet ein helles Licht im Hertzen / GOTT und ſeine Wercke zu erkennen / id non niſi in ſenſu *improprio*, prout *notitiam illam DEI certiorem*, exponente *Latino exemplar. pag. 53.* notat, qvæ autem non totam abſolvit imaginem. Termino tamen metaphorico, nec totam imaginem exhauriente conceptus communis in definitione acroamatica minimè formandus erat. Utut non improbemus terminum hunc de imagine DEI adhibitum in ſenſu *generali & metaphorico*, qvo in Scriptura *omnis perfectio & qvicqvid homini felicitatem affert* hoc nomine ; Contra verò *omnia mala & adverſa tenebrarum* notione inſinuantur, omni tamen jure id improbamus, qvando in *fanatico* ſenſu idem de imagine adhibetur ſcilicet, qvando *lux de DEO* & rebus divinis *propriùſſimè* & *συνωνύμως* cum THOMA AQVINATE prædicatur ut locum *generis* in definitione imaginis occupare poſſit, & ſic *virtus qvædam divina ſpiritualis ac luminoſa ex DEI eſſentia ceu fonte omnis lucis emanans & fundum animæ hoc eſt non tantùm ejus facultates per qvas ſe ad τὸ ἐξω & res viſibiles exporrigit ; ſed ipſam eſſentiam aſſidens intimèqve pervadens qva homo non tantùm redditur idoneus ad opera lucis qvatenus operibus tenebrarum opponuntur ex ſe elicienda & legi divinæ convenienter præſtanda ut DEO placeant ſed etiam ex illo animæ ſuæ fundo intellectus, voluntatis & effectuum radios evibrare & per eos in aliorum animas penetrare ut ex illo contactu intimo ſentiant qvomodo is erga ſe animatus ſit ; etiamſi per alia ſigna rationativa animi*

ſenſa

sensa nondum indicant & deniqve mens *ipsa in DEUM rapi aut in originem suam redire possit* exponente DN. BüCHER in Mens. Piet. XI. p. 493. ubi etiam monet imaginem DEI concreatam vel in *actu exercito* & *complexè* accipi prout comprehendat *actualem notitiam, conceptus & affectus illuminatos* & eo sensu Apol. A. C. vocet *justitiam originalem lumen in cordibus protoplastorum* omniaqve simul complectatur, qvæ *habitum concreatum in proxima & completa potentia sistunt voluntatem DEI revelatam perfectè cognoscendi vel incomplexe & in actu signato* qvo notat *habitum intellectus, voluntatis & affectuum ipsiusqve corporis perfectionem concreatam &* de imagine DEI hoc modo accepta rectè negari eam esse *lumen spirituale* (β). Potius hæc assertio contradicit scripturæ, qvippe qvæ *Lumen* dicit *DEUM* 1. Joh. I. 5. *CHRISTUM* 1. Joh. I. 4. 5. 7. seqq. *Verbum DEI* Ps. CXIX. 105. Prov. V. 23. Act. I. 9. *Apostolos* Matth. V. 14. *Fidem*, unde credentes *filii lucis qvi à filiis tenebrarum* id est à non credentibus distingvuntur, & *lux in Domino dicuntur* 1. Joh. II. 7. 9. Matth. V. 16. Eph. V. 8. Luc. XVI. 8. Joh. XII. 36. Phil. II. 36. imo vitam æternam Es. LX. 19. 20. Joh. VIII. 12. Col. I. 12. & Apoc. XXI. 23. XXII. 5. Sed cum *lumen spirituale* aliud *activum* uti verbum sive immediate sive mediate revelatum qvod in Imagine ceu *speculo mystico* receptum hominem in proximâ potentia constituit vires suas concreatas ita exserendi, ut in omnibus ejus operationibus imago DEI luceat; aliud *passivum* ut *fides salvifica non per se & prout esse dicitur virtus viva & illuminatrix ex essentia divina emanans sed qvatenus Evangelium & in illo CHRISTUM apprehendit præstatqve ut simus lux in Domino.* In sensu autem illuminationis spiritualis ἐνεργητικῆς

τικῆς Imago DEI ſecundum fidei analogiam nunqvam in Scriptura *lux* vel *lumen* dicitur. Id enim qvod nos illuminat non *creata* ſed *infinitæ* virtutis eſt, qvod de imagine dici neqvit. Vid. DN. BüCH. *Menſ. piet. l. c. (γ).* *Verbum & fides* ſunt, de qvibus rectius enunciatur qvam de imagine, qvod *illis vires* humanæ naturæ *ad ſimilitudinem conditæ juxta agnitionem proprietatum divinarum in CHRISTO efficaciter renoventur ad ſanctitatem & juſtitiam* cum ipſa Imago in *conformitate cum* DEI *ſapientia, juſtitia & ſanctitate per* CHRISTUM *fide apprehenſum in hominibus reſtaurata* conſiſtit *(δ).* Enthuſiaſticum & fanaticum eſt per imaginem definire uti præter adducta patet ex hiſce ſeqventibus qvando PENNINGTHON JUN. Imaginem DEI *ipſiſſimum lumen* qvod *Qvackeri* toties crepant eſſe, docet in Via Vit. & Mort. ſcribens: Homo labebatur & perdebat imaginem DEI &c. & Spiritus pugnat cum homine ut eandem ad lumen reducat, à qvo lapſus eſt. Vid. DN. D. SCHELW. *in Qvack. refut. part. I. Art. VI. p. 434. ſeq.* Sic & WEIGEL. & HOBURG. de *interno lumine* nec non MYSTICI & PIETISTÆ de eodem multa crepant, qvando *in eo ſe*, DEUM *videre*, *omnia experiri & guſtare*, *qvod ita ſeſe habeant*, uti verbum de illis teſtatur. CHRIST. HOBURG. *Poſt.* **am Oſter-Dienſtag** *p. 50.* Ich bin ſelber das Licht nicht die Buchſtaben und Worte/ von mir ſind es die dich erleuchten/ ziehen und deine Begierde erfüllen. Ich/ Ich JEſus bins ſelber/ Ich bin ſelber dein Lehrer/ der deinen inwendigen Menſchen lehret. Die Worte und die Schrifft weiſen zwar auff mich/ zeugen von mir/ aber Ich bins ſelber der inwendig wircket/ lehret/ zeucht. D. POIRET. collata noſtra & ſua de juſtificatione doctrina ſtatuit illic ad *CHRISTUM qvi externus eſt recurri-*

currit qvi omnia facere debeat & pati ut vetus Adamus exoneretur ab omnibus qvæ facienda & sufferenda ei erant, hic verò recurritur ad CHRISTUM in anima viventem & à Corde possessum - - Deniqve inhabitans CHRISTUS ejusqve Spiritus & vita extra hominem sunt aut non nisi per speculationem imaginationisqve commenta in ipso sunt: Hic verò JESUS CHRISTUS ejusqve Spiritus & dona ejus lumen & vita inhærenter & propriè in homine insunt: ita ut imputationis hujus fundamentum sit inhærentia realisq; *possessio ejus qvi rei imputatæ origo est. Nihil hic qvicqvam imputatur nisi per communionem realem qvæ nobis cum boni imputati origine intercedit.* in *Oecon. l. V. c. VIII. p. 538.* & supposito fundamento, qvod anima nostra sit *portio naturæ & essentiæ divinæ* & producta à DEO sit, non ut per *rationem & activitatem suam* intra se aliqvid efficiat sive ut LUMEN PROPRIUM IMAGINEM propriam agnitionem IN SE, PER SE, & PROPTER SE subsistentem ac studium tranqvillitatis & amoris proprii in sui ipsius CONTEMPLATIONEM sibimet efformet; Sed ut *Vas* sit GRATIÆ, *VAS* LUMINIS & AMORIS qvæ à DEO veniunt, qvæ sunt IPSE DEUS, qvæq; ad DEUM ducunt & in ipso terminantur i. e. ut sacrosanctæ Trinitatis Patris Filii & Spiritus S. VIVUM sit DOMICILIUM: Hæc habeat facultates divinas nempe DESIDERIUM, INTELLIGENTIAM, ACQVIESCENTIAM & LIBERTATEM. In his, divino Lumine & Amore penetratis & plenis seu possessis consistat Imago primæva L. 1. Oecon. c. 1. In Terminis dicit, Fidem esse ipsum DEUM, LUMEN FIDEI & VERBUM DEI FILIUM DEI æternum & de acqviescentia & AMORE, DEUS est AMOR & IPSA CHARITAS provocans ad 1. Joh. IV. & Rom.

& Rom. V. 5. Hæc, inqvit, l. 1. Oecon. c. 2. *essentialia sunt requisita solida & inseparabilia, in qvibus solis Imago DEI Viva consistit*, qvæ solidè refutata videri poterunt apud DN. D. JäGER. in *Exam. Theol. nov. controv. 14. & annex. judic. de Joh. Look & Poir. pugn. de rat. & fid. p. 39. seqq. Dn. Poiretum* seqvitur DN. D. THOMASIUS statuens qvod DEUS in homine post lapsum *scintillam amoris sui* hoc est CHRISTUM in nobis, ut alibi explicat, reliqverit, per qvam regenerari, justificari & salvari qveat. *Confess. Thes. 249.* & M. JOH. CASP. SCHAD. 1. Cor. I. 30. scribit. Eine unheilige und sündliche Seele reinigestu JESU / die reiniget und heiliget Er durch die Krafft seiner Gerechtigkeit und die Krafft / so von Ihm ausgegangen / fühlest du in dir Veränderung deiner selbsten; denn die innwohnende Gerechtigkeit Christi wircket in dir die Heiligkeit die Gott gefällt umb deß Willen / der sie in dir wircket: alleg. DN. D. WERNSDORFF. *cit. loc. c. 11. §. 18. 19.* DN. D. ZIEROLD. in *Diss. Inaug. de nexu commun. nostr.* cum DEO §. 5. *Tempore qvod homo ad imaginem DEI creatus arctissimam fuisse inter DEUM & Imaginem Communionem* & qvasi *cognationem hominem tunc fuisse cum DEO unum Spiritum* 1. Cor. VI. 17. *Semper in sancta anima fuisse omnipotentis gloriam sincerè emanantem lucis aeternæ affulgentiam & speculum incontaminatum DEI efficatiam & Imaginem ejus bonitatis.* Conferantur illa, qvæ larvatus ille DEMOCRITUS im Wein und Oel / *p. 142. 144.* SPENER. *paraph. I. Cor. p. 494.* Seeligkeit. *p. 181. 211. 215.* Glaubensl. *p. 757. 1094.* & D. ARNOLD. in der Ketzer *Chronic. Part. II. pag. ult.* habent. Vid. D. BüCHER. *in Piet. σύμβ. p. 19. & Cap. 3. Thes. 1. in Zierold. ἑαυτοῦ. n. 1.*

DN.

DN. RUMP. *Diſp. cit.* qv. 3. E qvibus fundamentis ſatis illuceſcit cur nec reliqva iſta aſſerta probari poſſint (1) cum Imago vel affluentia virium divinarum vel emanatio ab eſſentia divina vel idiomatum divinorum communicatio dicatur, cum hæc non nitantur dictamine Spiritus S. in Scriptura nobis veritatem de Imagine DEI exponentis; ſed ſapiant Fanaticiſmum & ſupra deſtructo fundamento, qvod DEUS ex ſeipſo & ex ſua eſſentia hoc univerſum & qvicqvid in eo eſt creaverit, ipſa deſtructa corruant. Vid. WERNSDORFF Diſp. ſpec. in 2. Cor. III. 18. XXV. n. 8. DN. BüCHER in Piet. ἀσυμβ. p. 13. 16. 20. & RUMP. l. c. (2) Nec veritati revelatæ reſpondet qvando imago dicitur ipſe CHRISTUS, qvippe & Creatio hominis primævi Gen. I. 26. 27. ejusdem lapſus ac amiſſio imaginis divinæ & reſtitutio hominis lapſi & Scripturæ declaratio Eph. IV. 24. Col. III. 12. contrarium docent. In ſtatu enim integritatis CHRISTI Mediatoris ut perſonæ duabus naturis conſtantis, Protoplaſtæ non indigebant, nec CHRISTUM ſed concreatam ſapientiam, juſtitiam & ſanctitatem amiſerunt, qvæ bona etiam per renovationem in homine reparantur & inter imaginem ante & poſt lapſum ratione *eſſentiæ* & *formæ* non eſt diſcrimen, utut ratione aliarum circumſtantiarum uti *originis & perfectionis* id non negetur. Qvam enim conformitatem cum DEO in Adamo perdidimus eam per CHRISTUM fide apprehenſum, reſtitutam obtinemus. Minimè autem bonum per CHRISTUM, fide apprehenſum, reſtitutum, cum CHRISTO, per qvem reſtitutio fit, confundendum, nec *cauſa imaginis divinæ* reſtaurandæ cum ipſa *imagine* nec *eſſentialis*

& *inſi-*

& *infinita imago* cum accidentali & creata commiſcenda, ipſo Spiritu S. hæc optimè diſtingvente, qvæ Spiritus fanaticus peſſimè confundere ſolet. Nec ὑποϑυπώσει ſanorum verborum reſpondet qvando *caro CHRISTI glorificata* dicitur *indumentum ſanctorum* DN. D. ZIEROLD *in Diſſ. de nex. cum DEO pag. 29. & 34.* & DN. D. PETERSSEN in dem Geheimnüs der Boßheit; wo Chriſtus unſer Erlöſer ſeyn ſoll / ſo iſt es nicht genug / daß Er auſſer uns iſt / und für uns ein Menſch worden / ſondern Er muß Chriſtus in uns ſeyn / ꝛc. Vid. DN. D. SCHELGVIG. *l. c. Art. XII. qv. IV.* DN. D. BüCHER. *Pietiſt. ἀσυμβ. Cap. I. Th. V.* & *Cap. III. Th. II.* & ZIEROLD. *ἐαυτ.* n. uti nec (3) ex vero aſſeritur, qvod *Spiritus CHRISTI, vel Spiritus Fidei, vel unctio ſit* ipſa imago DEi reſtaurata. Cum Scriptura *in cit. loc.* de *Spiritu Sancto*, tertia SS. Trinitatis perſona, qvæ à Patre Filioq; procedit & ab utroq; mittitur fidemq; in hominibus operatur, ejusq; autor & dator eſt ſpiritualisqve unctio omnia ſuos docens & ut Dominus Spiritus, vel Spiritus Domini à Paulo accuratè diſtinguitur ab imagine DEI, ceu eo, qvod in homine transformando in imaginem è gloria in gloriam reſtauratur, 2. Cor. III. 18. Minimè autem hic *ſpiritus infinitus & increatus* cum *Spiritu* eo, qvi à *Spiritu renatus* dicitur confundendus, Joh. III. 6. In Scripturâ enim Spiritus cum *carni* opponitur & de *moralibus* ſermo eſt *partem* qvidem hominis *ſpiritualem DEO renatam* ſeu *novum hominem* denotat, *carne pravitatem originalem naturæ*, ſeu *veterem hominem* inſinuante. Sed iſte nullo modo cum *Spiritu infinito*, tertia ſcil. SS. Trinitatis perſona confunditur; Fanaticorum autem proprium eſt, hæc qvæ diſtinctiſſima ſunt inter ſe commiſcere & ſub *terminis*

Biblicis

Biblicis ludere: Vid. CALOV. *Bibl. Illustr. in loc. cit. & Gal. V. 16.* MINISTER. TRIPOL. ausführlicher Bericht von den neuen Propheten / *pag. 97. 148.* und in der Lehr- und Schutz-Schrifft wieder den Guttmannschen Offenbarungs Patron, *Part. II. punct. 1. pag. 143. seq. 157. 185. 408. seq.* DN. D. NEUMANN. *Disput. de Unctione omn. doc.* D. BüCHER. *in Piet. σπυμβ. c. 3. p. 79.* Nec (4) DN. D. BREITHAUPT calculum meretur, qvando imaginem DEI restauratam dicit *vitam Spiritualem* & qvidem hic *absconditam cum CHRISTO in DEO, prodituram tamen gloriosam*, Col. III. 3. 4. *Fontem aqvæ salientis in vitam æternam*, Joh. IV. 14. *qvæ sit ipsa fidei agnitio*, Joh. XVII. 3. *inqve fidelibus durantibus manens.* 1. Joh. III. 15. Eph. II. 5. 6. IV. 18. 1. Joh. V. 11. 13. 20. Cum & hic ea, qvæ distinctissima sunt more Fanaticorum inter se confundantur. *Vita* enim *Spiritualis* in statu reparationis vel πρώτως sumitur respectu *Justificationis* prout *in CHRISTI* ceu *objecti sui formalissimi apprehensione* consistit & prout ex illa ipsa receptione meriti CHRISTI *viva* existit *fides.* Gal. II. 20. Hebr. II. 4. vel δευτέρως & respectu *sanctificationis* prout *fides* ceu *vita* ex illis agnoscitur, & sic in virtute progenerandi opera bona consistit: Gal. V. 6. Unde deficientibus bonis operibus *mortua* dicitur fides, Jac. II. 17. Conf. DN. D. FECHT. *in Syllog. Contr. rec. Disp. 30. thes. 5. 8.* DN. D. SONNTAG *de ver. form. fid. §. 16.* Fides autem non ante CHRISTUM, sed cum CHRISTO unita (*formalem* & non *mysticam unionem* intelligas velim) est illa *vita ex DEO*, Eph. IV. 18. *Vita abscondita cum CHRISTO in DEO*, Col. III. 3. uti enim homo in generatione actum *primum* seu *entitativum* vitæ naturalis consequitur, qvem per motus vitales velut per actum secundum & formalem

deindè exerit; ita & homo irregenitus κατ' ἀναλογίαν in ipsa regeneratione *fidem* ceu *actum primum & entitativum* vitæ spiritualis indipiscitur, qvi in motus deinde spirituales suo se ordine diffundit. Hinc B. DN. D. LUTHER. *Comm. ad Gal. fol. 89. B. cum credimus*, inqvit, *vivimus simpliciter fide in CHRISTUM, &c. Itaqve homo vivit non propter facere, sed propter credere.* Qvando DN. D. BREITHAUPT ad *Gal. VI. 15. 16.* Ubi novæ creaturæ mentio fit, provocat, meritò observanda veniunt, qvæ DN. D. HüLSEM. *Vind. Libr. Symb. pag. 570.* habet, *nova vita*, inqviens, *utrumqve complectitur & regenerationem & renovationem seu sanctificationem, qvod ex allatione exemplorum, seu Scripturæ clarissimè patet. Usurpari nempe aliqvando de utroqve, aliqvando de alterutro, uti 2. Cor. V. 17. Gal. VI. 15. in CHRISTO nihil valet, nisi nova creatura*, Eph. IV. 23. Col. III. 10. *Novus homo, tàm ad mentis illuminationem, qvàm ad voluntatis sanctificationem:* Eph. II. 18. *autem CHRISTUS abrogavit coactionem & maledictionem legis ut novum hominem efficeret. Novus homo indefinitè qvidem utrumqve statum, sed inprimis tamen & è scopo Apostoli statum gratuitæ justificationis: è contra* Rom. VI. 4. VII. 6. Psalm. LI. 12. *præcipuè renovationis beneficium respiciunt. Qvapropter de his & aliis vocabulis utramqve novitatem & regenerationis & renovationis non potest nec debet ubiqve pariter pronunciari, sed stricta & determinata significatio novi cordis, novæ vitæ ex scopo & circumstantiis textus definienda est.* Nec ex vero *fides prima vitæ spiritualis scintilla, charitas verò præcipua pars vel virtus ejusdem* dicitur à SPENERO in der Seeligk. der Kind. G. *pag. 63.* Catechism. Pr. *pag. 503.* Glaubens-L. *pag. 1060.* Nec fidei prius qvam CHRISTUM apprehendit vita attribuenda est, sed ipse CHRISTUS *forma & vita fidei vitaq; nostra spiritualis*

per

per qvam vivimus. *Charitas* verò *effectus fidei* vitæqve spiritualis: minimè autem *vita ipsa* aut *pars* vel *virtus ejusdem præcipua*. Conf. DD. WITTEBERG. in der Autw. und Rett. *Part. II. Artic. II. Th. VI. VII. VIII. pag. 153.* Dn. D. LöSCHER *de fid. vit. & mort. §. 30.* Dn. D. NEUMANN. *de Justif. contra Nov. Th. V. seq.* DN. D. SCHELGVIG. *Synops. Art. 20. qv. 3. 4. 15. Art. 22. qv. 3. 4. 5.* D. BüCHER. *in Piet. ἀσυμβ. C. III. Th. V. Sic & imago divina* in nobis restaurata uti nec CHRISTUS, ita nec *vita spiritualis abscondita in DEO*, qvippe ipse CHRISTUS vita nostra est tum *meritoria*, tum *formalis qvoad vitam fidei, qva per ipsum meritoriè nobis vita qvæsita* Joh. VI. 51. *per ipsum & in ipso vivimus per fidem, cum vita nostra sit in ipso & ipse vivat in nobis & nos in ipso justitia ejus justi salvatione ejus, de qva* Zach. IX. 9. *Salvi vita ejus vivi simus & vita gratiæ unicè per fidem ipsum ceu veram vitam apprehendentem fruamur in eoqve ad vitam æternam per fidem sustentemus ac conservemur. Vita* enim nostra Paulo *l. c.* non est *novitas vitæ* qvæ ad illam mortem, qva vetꝰ homo in nobis submergitur aut mortificatur, seqvatur; sed est vita illa qvam remissionem peccatorum consecuti, per fidem in CHRISTUM vivimus justitiæ CHRISTI ac salutis participes per communionem vitæ CHRISTI à morte resuscitati & vivificati propter justitiam ac salutem nostram. Qvæ vita & CHRISTUS est qvia in CHRISTO vivimus exponente DN. D. CALOV. *Bibl. Illustr.* & DN. D. SCHMID. *Comment in h. l.* Per *fontem* autem *aqvæ salientis in vitam æternam Spiritus S.* immediatè innuitur, qvi nobis est *aqva vitæ*, cum nos *vitæ nostræ*, qvæ CHRISTUS est, consortes reddit vitamqꝫ per ipsum partam nobis communicat. Vid. DN. D. CALOV. & DN. D. SCHMID *in*

Paraphr. in h. l. Agnitio DEI & CHRISTI Joh. XVI. 3. non *formaliter*, sed *causaliter* & *metonymicè vita æterna* est qvatenus fides salvifica est *causa* & *medium* ad eandem perveniendi Conf. DN. D. KÖNIG de *Cogn. Salv. ex h. l. punct. 2. §. 2.* Et Eph. II. 5. 6. cum *CHRISTO* dicimus *vivificati*, cum *CHRISTO resuscitati, cum CHRISTO in cœlestibus constituti, in CHRISTO, tum ratione meriti*; qvo *ipso ceu Mediatore & Redemptore nostro vivificato, resuscitato & in cœlestibus collocato nos vivificati cum ipso simus & resuscitati cum ipso & in cœlestibus cum eo collocati; tum ratione applicationis, qvod fide apprehendamus nobisqve applicemus meritum* CHRISTI & satisfactionem atqve *eâ ratione actu spiritualiter vivificemur & à morte peccati ut Politeuma nostrum in cœlis habeamus vivificandi etiam ac resuscitandi olim ad alteram cœlestem vitam, declarante* DN. D. CALOV. l. c. in h. loc. Vita DEI Eph. IV. 18. ea est, à qvâ abalienati dicuntur gentiles; sed indè non concluditur *imaginem divinam* & *vitam spiritualem Synonyma* esse. Per *vitam æternam* 1. Joh. III. 15. vel *jus promissum* aut *Spes vitæ æternæ* ex mente VINAR. vel *CHRISTUS* Filius DEI æternus, qvi 1. Joh. I. 2. V. 20. hoc nomine designatur, exponente DN. D. SCHMID. in h. l. Idem Apostolus 1. Joh. V. 11. 13. de vita æterna asserit qvod eam habeat qvi Filium habet: id ipsum autem de τῷ γίνεσθαι & συνδρομῇ omnium causarum ad vitam æternam ducentium; minimè verò de τῷ εἶναι & sensu formali qvô actu eam habiturus est in altero seculo, Vid. DN. D. NEUMANN *Diss. de Brab. ante victor. §. 23.* Ex qvibus omnibus satis patere poterit, qvod imago DEI non sit *vita æterna*: Nec vero consonum est qvod non nisi *graduale* discrimen inter *lumen gratiæ & gloriæ, visionem specularem & intuitivam vitam fidei*

fidei & speciei seu spei & *rei* cum omninò realiter & specie ita membra inter se differunt è 1. Cor. XIII. 12. 2. Cor. V. 6. 7. 1. Joh. II. cum DN. D. LUTHERO *Tom. V. Alt. p. 607.* DN. D. GERHARD. *Loc. de Vit. ætern. §. 134. 135.* DN. D. DANNHAUER. *Tab. Hod. præm.* & aliis solidè evincente DN. D. NEUMANN. *l. c. §. 23. & Mysticorum ac Fanaticorum* id esse qvod omnibus promiscuè hominibus *viam* præscribant ἀποκαθάρσιν seu *purificationem animæ ad visionem DEI beatificam* in hac vita perveniendi; immo per qvendam *affectuum soporem omniumqve idearum qvæ lumini divino obstent abolitionem ad propiorem DEI conspectum* assurgere connitantur, adeoqve more ἐνθουσιαστῶν ævi Apostoli ἐμβατευόντων ἃ μὴ ἑώρακεν, i. e. *magna vi penetrent in ea qvæ non viderunt* probante ac solidè refutante §. 2. & 21. seqv. Confer. & *Poiret. Fanat. §. 37. seq.* DN. D. JOH. SCHWARTZ cum annex. RESPONS. FACULT. THEOL. de *act. beatit. huj. vit.* BÜCHER in Theol. Myst. p. 47. & Piet. ἀσυμβ. c. 4. p. 83.

§. XVI.

Observamus (4) brevissimis circa reliqva, qvæ in definitione imaginis Divinæ BREITHAUPTIANA habentur & supra adducta sunt, qvod & in illis haud distinctè ritèqve procedatur, sed potius distinctissima mirè inter sese cõmisceantur & à tramite recto omninò in illis recedatur. Nam (a) idem per idem definitur cum imaginem DEI esse lucem spiritualem, qvà *vires humanæ naturæ secundum similitudinem DEI conditæ juxta agnitionem proprietatum divinarum in CHRISTO efficaciter renovantur asserit.* (b) Vires humanæ naturæ renovari dicuntur *ad sanctitatem & justitiam* omissa vel neglecta *sapientia* cum ad hanc pariter ac ad illas, uti homo qvondam con-

conditus, ità & renovetur, Eph. IV. 24. Col. III. 10. (c) Spiritualis renovatio ita fieri dicitur, ut homo *in animæ habitibus & actionibus inde oriundis Domino similior atqve ita glorioſior reddatur* & ſiç ipſa imago DEI conſtituitur *principium habituum* cum ipſa potius *habitus ſit.* (d) Qvando homo per imaginem DEI *glorioſior & beatior* paulatim reddi dicitur, vel in *ipſa imagine beatitudinem* collocat, vel illam hujus *medium & originem facit* cum homo prævia Scriptura in DEO & non in ſuis viribus, ſive in ſtatu *innocentiæ*, ſive *reſtitutionis* beatitudinem qværere debeat. Exod. XV. 2. Deut. XXXIII. 29. Pſalm. XXVII. 1. CXVIII. 14. Eſa. II. 2. Sic etiam (e) imago DEI inſtauranda hominem nec ad *unionem* cum DEO, nec ad gloriam ducit, qvod utrumqve Cap. I. th. Doct. VI. qv. I. aſſeritur. (f) Nec id probant Dicta cit. Paulus enim 2. Cor. III. 18. docet, qvod *transformatio fiat in imaginem à gloria ad gloriam, tanqvam à Domino Spiritu*, dum nos in ſpeculo Evangelii limpidiſſimo Patris cœleſtis bonitatem & propitiam faciem intuentes illuſtramur ipſi qvoqve radiis & renovamur ad illius imaginem, qvæ novis ſubindè incrementis ſe clariorem reddit exponent. DN. D. HUNNIO & DN. D. WERNSDORFF. *in h. l.* Sed qvod imago ad *unionem cum DEO* nos reducat ibidem minimè docetur, 2. Cor. IV. 6. idem Paulus tradit, qvod DEUS colluſtraverit corda Apoſtolorum nova luce per verbum Evangelii, qvo & accendatur ſalvifica cognitio in aliorum cordibus: id autem, qvod per imaginem homo ad unionem cum DEO reducatur, pariter non docet. Conf. VINAR. DN. D. HUNN. & DN. D. CALOV. *in h. l.* De diſcrimine *viſionis ænigmaticæ* hujus vitæ & *intuitivæ à facie ad faciem perfectiſſime aſſeritur*, 1. Cor.

1. Cor. XIII. 12. aſt imago DEI reſtaurata minimè nos ad gloriam vitæ æternæ perducere dicitur. Nec (g) favente veritate DN. D. BREITHAUPT. *fontem & originem* imaginis divinæ in homine primævo facit *unionem & communionem DEI cum homine intimam*, cum ipſe non niſi in imagine divina conſtitutus, unione ac communione cum DEO gaudere qveat: & uti unio & communio cum DEO ſe nunc habet ad *juſtificationem per fidem*; ita ſe etiam tunc haberet ad *juſtificationem per ſanctitatem vitæ*. Unio autem & communio nunc eſt *conſeqvens* juſtificationis per fidem, 1. Cor. I. 9. 1. Joh. III. 3. ergo & tunc *conſeqvens* fuit juſtificationis per ſanctitatem vitæ. Qvicqvid autem conſeqvens fuit juſtificationis per ſanctitatem vitæ, illud etiam conſeqvens fuit imaginis divinæ, cujus pars fuit juſtitia & vitæ ſanctitas. *Barclajus* qvidem vult imaginem DEI conſtitiſſe in magna felicitate qvoad ea, qvæ ad externum hominem ſpectant & in propria, qvam cum DEO habebat, communione; verùm, utut concedatur, Protoplaſtos in imagine divina conditos communione cum DEO gaviſos fuiſſe illaqve amiſſa, hâc qvoqve excidiſſe: imago tamen DEI in illa *formaliter* conſtitiſſe omninò negatur. Vid. DN. D. SCHELGVIG. *Qvack. conſ. art. 17. pag. 432. & 437.* D. BüCHER. *in Piet. ἀσυμβ. Cap. I. th. 5.* Nec (h) ſufficit qvod Theſ. VIII. neceſſitatem cauſæ meritoriæ ratione vitæ æternæ imagini divinæ deneget: *Ordinis* verò & *conditionis* ſubjecti eidem tribuat & naturam ſanari aliter non poſſe velit, niſi ut recipiat vitam DEI in mente ac corde, cum Scriptura per τὸ χωρὶς ἔργων, *ſine operibus* omnem ad vitam æternam & ſalutem neceſſitatem deneget noſtris meritis, operibus, qvalitatibus: &

conditio in moralibus & practicis veram causalitatem exerat. BüCHER. *loc. cit. pag. 7.*

§. *XVII.*

Tandem ad IV. jam momentum, sed paucis considerandum accedimus, nimirùm qvid DN. D. BREITHAUPT per instaurationem imaginis divinæ intelligat. Ipse *Cap. II. Thes. VI. Doct. Filium DEI, qvi æterna Patris imago qvoad divinam naturam hominem factum* DEUM *inter & homines qvoad utramq; naturam mediatorem amissam DEI imaginem redemisse ac restituisse in humana natura perfectissimè eandemq; mediante carnis suæ Spiritu vivifico in hominibus restaurare docet, & qv. III. qvod mediator reconciliavit nos* DEO; atq; etiam *sanctificet Th. VIII. Doctr. qv. I. instaurationem imaginis* DEI *inhæsivam ipsam esse regenerationem dicit, & Th. III. Mor. qv. IV. ipsam renovationem si latius spectetur in conversione, sive post justificationem strictius in ipsa imagine* DEI *instauranda seu renovanda occupari, Lib. III. Cap. I. Th. I. Doctr. Remissionem & sanctificationem facit subsidia, qvibus imago instauretur in homine. & qv. III. remissionem dicit fructum remotivum ne peccata in foro divino obstent viribus gratia conferendis atq; obsignandis, positivum verò esse sanctificationem & regenerationem, qv. IV. addit, qvod Sanctificatio, ut hic sumitur, significans ipsum regenerationis opus cum actibus & præviis & constitutivis instaurandæ imaginis divinæ per redemptionem* CHRISTI *applicandam initiũ faciat eo ipso, qvod credendi vires & offerat & accendat absq; qvibꝰ accipi neqveat promissio de Peccatorum remissione, & qvod actus gratiæ sanctificantis sint Vocatio, Illuminatio, Regeneratio, Conversio & Pœnitentia non ac si omnes illi reapse differant, sed prout à diversis respectibus sic denominentur, Th. IV. qv. I. Illuminationem ac regenerationem non esse diversas operationes, sed unam lumenqve divinum esse ipsam novam vitam; hâc magis cor ac voluntatem; illa mentem potius*

& in-

& intellectum respiciente scribit, & qv. II. Illuminationem versari vult in tenebris mentis expellendis luceqve in Domino recipiendâ: Regenerationem in mortificatione & vivificatione, seu exuitione veteris hominis & induitione novi, qvæ sit ipsa imaginis divinæ instauratio atqve in Scholis dicta collatio virium credendi, qv. IV. docet mortificationem spiritualem & vivificationem totam in communione cum CHRISTO ex mortuis resuscitato fundari communionem non modò imputativam sed inhæsivam intelligi utrobiqve nov enim hic agi de remissione peccatorum sed de sanctificante gratiâ ut inter passiones & actiones CHRISTI meritorias & regenerationis operationes efficax intercedat communio. qv. V. Per regenerationem & conversionem veram ac realem mutationem contingere in facultatibus intellectus ac voluntatis participante ipso appetitu sensitivo eadem qvidem manente essentia humanâ ac vita naturali sed ita ut apud hominem inchoet spiritus vita in JESU CHRISTO vitam spiritualem, naturam divinam hoc est supernaturalem indolem th. 5. conversionem & pœnitentiam à regeneratione nullatenus differre, nisi qvod hæc etiam infantibus tribuatur & qv. 4. à conversione non excludi mores externos à qvorum deterioribus transeatur in conversione ad meliores simul sed conversionem veram esse opus spirituale qvo ipsi affectus immutentur ita ut aperiat oculos hominum atq; hi convertantur à tenebris ad lumen & à potestate Satanæ ad DEUM. Qv. 8. Abnegationem ad pœnitentiam lapsorum ità spectare ut in contritione abnegatio mali propositi incipiat passivè ac legaliter, activè autem & Evangelicè id est verè & plenè se exerat per fidem atq; sic radicata continuetur in renovatione. Qv. 10. Vocationem, illuminationem, regenerationem, conversionem & pœnitentiam definit qvod sint actus gratiæ Sanctificantis qvo peccatoris intellectus, voluntas & reliqvæ facultates à tenebris ad lucem & à potestate Satanæ ad DEUM sic traducuntur

cuntur ut peccatum haud amplius dominetur illis : homo autem remissionem peccatorum & sortem inter sanctificatos accipiat per fidem qva est in CHRISTO qvam definitionem singulis, observato etiam diverso respectu, attribui posse putat. th. III. Mor. *Regenerationem* per *conversionem non prorsus absolvi sed inchoari & constitui* qv. 1. & 2. *veram autem & completam regenerationem esse ubi peccatum non amplius dominatur, sed* pax DEI asserit C. II. th. doct. 2. qv. 6. scribit qvod *è resurrectione CHRISTI justificatio afferat justitiam fidei & imputatam & inhasivam simul, illam* ad remittenda peccata *hanc ad imaginem DEI instaurandam qvam utramqve non confundendam nec separandam* C. III. th. 3. *Renovationem strictè dictam in justificationis fructibus conservandis atqve excolendis versari : ipsam regenerationis, conversionis seu pœnitentiæ partes in spirituali mortificatione & vivificatione sitas apud fidelem in omnibus facultatibus magis magisqve semper instaurare* vult qv. 1. *Renovationem* seu *sanctificationem latè* dici *cum primam spiritualem animi mutationem ex regeneratione significat* ut Tit. III. 5. *strictè* autem designare *continuationem assiduam* qv. 5. *Easdem* ipsius qvæ *conversionis* seu *regenerationis partes contritionem, mortificationem, exuitionem hominis veteris, crucifixionem carnis cum affectibus & concupiscentiis, fidei instaurationem, vivificationem, induitionem novi hominis, ambulationem in novitate vitæ & Spiritus, purgationem cordis per fidem.* qv. 4. *Media ex parte DEI Verbum legis & Evangelii ac Sacramenta qvorum efficacia fluat ex communione mortis CHRISTI tanqvam instaurationis nostrûm universæ Medium : ex parte hominis esse fidem qva efficacia illa per explorationem sui ac confirmationem per charitatem erga DEUM atqve homines usurpatur* & qv. II. *Renovationem* definit per *mutationis internæ salutaris continuationem qva ex mortis & resurrectionis CHRISTI*

STI viribus peccatum magis magisqve in intellectu & appetitu mortificatur & *vita spiritualis excitatur, conservatur & augetur, ne illud dominari possit.* Lib. IV. c. 1. th. 1. Mor. qv. 1. *Totum mysterium cultus DEI fundari vult in eo post lapsum ut DEUS in carne conspicuus fiat qva videl. ipsius imago abolita erat in hominibus id ipsum Paulo* 2. Timoth. III. 16. *optimè ex Mysterio DEI & CHRISTI derivante eoqve ipso edocente incarnationis finem & fructum esse, ut ne caro amplius dominetur, sed dominium DEI per CHRISTUM instauretur in credentibus ac manifestum reddatur* & th. III. qv. 2. *doctrinam de CHRISTO mystico fundamentum esse unde reditus detur ad imaginem DEI instaurandam atqve excolendam: cum enim CHRISTUS non pro se passus & resuscitatus, sed pro nobis sit: imaginem DEI exinde perfici haud posse nisi inchoëtur apud nos virtute ac viâ tum exinanitionis, tum exaltationis CHRISTI, atq; ità etiam magis magisqve augeatur, consummeturqve aliqvando* & Lib. I. c. 1. th. 6. doctr. qv. 1. de imagine DEI instauranda dicit qvod, *hominem reducat ad ipsam cum DEO unionem & tandem ad gloriam.*

§. XVIII.

Circa hæc asserta BREITHAUPTIANA jam brevissimis observamus & in his qvoqve ea, qvæ qvam distinctissima sunt mirè inter se confundi totamq; salutis & gratiæ applicatricis œconomiam pessimè turbari fideiqve analogiam in plurimis lædi & tandem in fanaticismo terminari. (1) *Gratia* in Scripturis qvando de *salute æterna* agitur non *potissimum* de *fructibus redemptionis*, remissione & sanctificatione seu donis *sanctificantibus & regenerationis operibus*, sed tantum de *favore DEI gratuito bonitate & misericordia divina, qvæ non secundum opera & dignitatem nostram, sed ex mera misericordia propter* CHRISTUM

nos peccatores, qvi pœnitentiam agimus & fide confugimq ad Mediatorem recipit in gratiam & acceptat ad vitam æternam remissis peccatis & imputata CHRISTI justitia. Eqvidem vox *gratiæ per Metonomyam causæ* aliqvando de *effectis* seu *donis ex benevolentia collatis* accipitur: in negotio tamen *justificationis & salvationis* nec de *sola novitate*, nec partim de *misericordia*, partim verò de *novitate*, sed de *sola misericordia* est accipienda & hanc *primariam, propriam & genuinam* gratiæ significationem esse è Rom. III. 24. IV. 4. Actor. XV. 11. Ebr. IV. 16. probant; & qvam horrendæ corruptelæ è depravatione vocabuli *gratiæ* & confusione beneficiorum *reconciliationis & renovationis* enascantur, docent DN. D. M. CHEMNIT. *LL. CC. Part. II. pag. 286. seq.* & DN. D. CARPZOV. *in Isag. ad L. Symb. p. 203. seq.* DN. D. FECHT *in Disp. de Ord. mod. grat. div. aph. 1.* (2) *Reconciliatio* per *CHRISTUM facta* est qvoad *acqvisitionem: facienda* autem *à nobis per pœnitentiam* qvoad *applicationem*, 2. Cor. V. 18. 19. 20. docente DN. D. WALTH. *in Harm. Bibl. in h. l.* Per *illam* dum se pro nobis obtulit in hostiam magno pretio & persoluto λύτρῳ, nos redemit nostraqve peccata expiavit CHRISTUS: *Hæc* verò nobis *illam* applicat ejusdemqve nos participes reddit, dum non nostra peccata, sed CHRISTI justitia, fide apprehensa, nobis imputatur nosqꝫ in gratiam recipimur & ad vitam æternam acceptamur. *Es. LIII. 8. Rom. III. 24. V. 10. 1. Cor. I. 30. 2. Cor. V. 19. 20. Gal. III. 13. Eph. I. 8. Col. I. 14. 21. 1. Timoth. II. 6. Tit. II. 14. 1. Petr. I. 18. II. 24. 1. Joh. II. 2. Hebr. IX. 15. X. 6.* *Illa* unicum est *principium & positivorum & privativorum beneficiorum causaqve meritoria instauratæ divinæ imaginis in nobis: hæc beneficium & positivum & privativum* dum per fidem peccata nobis remittuntur & justitia CHRISTI meritoria imputatur,

tatur, nos in gratiam recipimur & ad vitam æternam acceptamur: Sicqve per verbum reconciliationis meritiqve CHRISTI fiducialem apprehensionem facta, instaurationem imaginis divinæ præcedit: *nec in sola remissione peccatorum, sed & in justitiæ CHRISTI fide apprehensæ imputatione consistit.* Vid. DN. D. CARPZOV. *in Isagog. L. Symb. pag. 185.* DN. D. CALOV. *Bibl. Illustr. II. Cor. V. 20.* DN. D. BREITHAUPT *pag. 31. Reconciliationem priori modo acceptam* intelligere videtur, dum de Mediatore enunciat, qvod nos DEO reconciliavit (in præterito) & humana natura ad redimendam nobis imaginem DEI exinanita & exaltata fuerit; *sanctificationem* autem in eâ latitudine sumere, ut totum gratiæ applicatricis complexum insinuet, dum etiam nobis conferri *naturam divinam* seu *hujus imaginem*, h. e. *spiritualem vitam in nobis restaurari vult mediante humana natura ut carnem edamus & bibamus sangvinem CHRISTI*, sed Lib. III. Cap. II. *Sanctificationem à remissione peccatorum & gratiam sanctificantem à miserante* tanqvam *positivam à privativa* distingvit hujusq; actus facit *Prædestinationem, Justificationem & Glorificationem* & pag. 121. *Sanctificationis latè sumptæ* remissioniq; peccatorum contradistinctæ actus esse vult *Vocationem, Illuminationem, Regenerationem, Conversionem, Pœnitentiam.* Ast *Prædestinatio, Justificatio & Glorificatio* non tantum ad gratiam *privativam*, sed & *positivam* spectant, *Sanctificatio* autem vel latissimè sumitur, prout *omnes actus gratiæ applicatricis* & sic *justificationem & glorificationem* complectitur, vel *latè* prout & *Regenerationem & Justificationem & Renovationem*, vel *Justificationem & Renovationem*, vel *strictè pro sola renovatione*, vel *strictissimè* prout & *renovationi* contradistingvitur à DN. D. W. LYSERO verum neq;

in Scripturis S., neq; in Libris Symbol. *actus gratiæ applicatricis positivos* in appositione ad gratiam *miserantem & privativam* designandos adhibetur. Nec fundamentum hujus discriminis satis solidum est, nim. qvod *sanctificatio in justitia & sanctitate, & remissio peccatorum in divinâ misericordiâ* fundetur. Omnes enim actus gratiæ divinæ applicatricis nituntur gratiâ & misericordiâ divinâ cum justitia & sanctitate optimè conspirante & solido in CHRISTO utriusqve temperamento invento, docente Paulo Rom. III. 22. seq. (3) *Instauratio imaginis divinæ* mediante humanâ naturâ non fit, ut *edamus carnem & bibamus sangvinem CHRISTI*, h. e. *in CHRISTUM credamus*, cum per *CHRISTUM fide apprehensum* demùm fiat *instauratio* imaginis divinæ nec contrarium probatur è Joh. VI. 53. coll. 63. dum carnem qvidem edere & sangvinem CHRISTI bibere dicimur, non autem de *Spiritu CHRISTI vivificante* hæc accipienda, sed *Spiritus spiritualem sensum figuratæ locutionis de spirituali manducatione CHRISTI*, qvæ per *fidem* fit insinuans, vivificare salvificamqve CHRISTI notitiam afferre dicitur. *Vinar.* DN. D. CALOV. DN. D. WöLFFLIN & DN. D. SCHMID *in h. l.* (4) Termini qvidem *Illuminationis, Regenerationis, Conversionis, Pœnitentiæ, Justificationis & Renovationis* non uno modo à Theologis etiam Orthodoxis sumuntur; Aliqvando enim in *latiori*, & aliqvando in *strictiori* significatione accipiuntur, in accurata tamen & *Scripturæ & fidei analogiæ* è Scripturis hauſtæ inqve Libris Symbol. expositæ, acceptione hi actus gratiæ divinæ reapse, imò specie à se invicem differunt: Nam *vocatio hominibus extra Ecclesiam constitutis ex seria DEI intentione voluntatem divinam per Ministerium Evangelii manifestat & bona à CHRISTO parta*

affert

affert, ut ad Ecclesiam reducantur. Illuminatio ex intellectu hominum irregenitorum, sed ad Ecclesiam vocatorum per verbum visibile & audibile, partim naturalem cœcitatem & sapientiam carnalem aufert, partim supernaturalem intelligentiam & sapientiam spiritualem accendit. Conversio non *latiùs* accepta, prout *Justificationem & Renovationem* simul includit, Luc. XV. 10. nec *strictiùs* sumpta, uti immutationem voluntatis per Legem & donationem fidei per *Evangelium* comprehendit & *immediatè* ante *justificationem terminatur*, Act. III. 29. Sed *strictissimè* accepta prout & *illuminationi & regenerationi* contradistingvitur *voluntatem & cor hominis & in medio statu peccati inhibet frangitqve ac conterit ut de peccatis seriò doleat ac contristetur, donec luce fidei perfundatur ac regeneretur.* Nec *Conversio* ex parte DEI *operantis activa* ex parte hominis *merè passiva* est, Jer. XXXI. 19. Joël. II. 12. *Regeneratio* non *eo sensu* accepta, prout largitur *vires animum in melius mutandi bonisqve operibus studendi & justificationem* inseqvitur ex mente DN. D. FECHT de ord. modoqve div. grat. in conv. §. 15. Nec prout *adoptionem, qvâ filii DEI* constituimur & simul *Spiritum renovationis* accipimus, designat; ut qvodammodò cum *justificatione & sanctificatione* coincidat & ab utraq; tamen tanqvam *intermedium beneficium* distingvi possit ex mente DN. D. SCHOMERI & DN. D. GRAPII *Cognati ac Amici* nostri *conjunctissimi in Comp. th. pos. c. 19. §. 2.* Sed pro *actu gratia applicatricis inter conversionem & justificationem intermedio* accepta, hominibus *vitam spiritualem* seu *fidem salvificam* largitur *Joh. I. 13. III. 6. 1. Joh. V. 1.* 1. Pet. I. 23. qvam alii eodem sensu de *collatione virium credendi* exponunt nam *vires* illæ vel recipiunt *objectum salutare* & sic *formaliter* sunt ipsa *fides* Joh. I. 12. vel ex-

tra hanc *receptionem* considerantur donec CHRISTUM ceu *formam & vitam fidei* complectantur : *Receptio* autem seu λῆψις ratione *Soni* verbum *activum* est, sed ratione *sensus passivum Joh. I. 11. Gal. II. 14.* Ac proindè veritati non respondet *fidei vitam & activitatem in apprehensionis actu* consistere, qvi meritum CHRISTI *antecedat & charitatem* tamen annexam habeat cum vita potius fidei efficaciter pendeat ab *Objecto CHRISTO* qvod apprehendit demonstrante DN. D. GERHARD. *LL. cc. de justific. §. 121. & 182.* DN. D. BREITHAUPT. *Fidem esse ipsam efficaciam ipsius DEI, qva is Filium excitavit à mortuis atqve ideo maxime vivæ originis ex CHRISTI merito, in qvod etiam fertur apprehendendum atqve ex eo apprehenso augetur*, Col. II. 12. Ephes. I. 19. 20. V. 9. Sed utut in his dictis *divinæ efficaciæ*, ex qva resuscitavit DEUS CHRISTUM à mortuis, qvoq; adscribatur productio fidei, *ipsa* tamen *fides divina efficacia*, qva Filium excitavit nec esse, nec tam ratione originis vivæ, qvàm ratione objecti ceu formæ suæ *viva* dicitur. *Pœnitentia* eaqve ὁλικῶς sumpta & *Conversionis & Regenerationis effectus* est, dum per *gratiam convertentem* homo ex *lege contritionem* per *regenerantem* verò ex *Evangelio fidem* consequatur, Marc. I. 15. Actor. II. 38. 2. Cor. VII. 10. *Justificatio homines regeneratos fideqve CHRISTUM apprehendente, donatos DEO reconciliat, dum peccata ipsis non imputantur, imputatur verò obedientia & justitia CHRISTI*, Rom. IV. 5. 6. V. 19. XII. 4. 2. Cor. V. 21. Phil. III. 9. *Renovatio seu Sanctificatio* strictè sumpta *homines justificatos & cum DEO mysticè unitos immutat ita, ut intellectus pulsis errorum tenebris illuminetur, voluntas emendetur, appetitus ad prava inclinans coërceatur*, 1. Joh. III. 3. Jac. IV. 8. Joh. XV. 5. eaqve alia dicitur *in Baptismo*,

simo, qvæ radicaliter in fide & momentanea soliusqve DEI actio est, in qvâ homo se habet *passivè*, & qvâ *primum peccati dominium frangitur, alia qvæ post baptismum continuatur in actus formales emanat, successiva est, in qva homo concurrit & coöperatur ac exurgens dominium peccati denuò labefactatur*, Ephes. IV. 23. Col. III. 10. Vid. DN. D. LYSER. *syst. Theol. Thet. exeg. 1084. seq.* DN. D. CALOV. *Bibl. Illustr. in Joh. III.* DN. D LöSCHER. *in Disp. de Regen. ej. us. & abus.* DN. D. FECHT *Disp. cit. aph. 2. seq.* DN. D. NEUMANN. *de nex. & discr. don. div. grat.* (5) Hi actus gratiæ applicatricis non *reapse* à se *invicem* differre, sed è diversis respectibus sic denominari DN. D. BREITHAUPT. dicuntur & definitio actus gratiæ divinæ sanctificantis pag. 145. data, singulis, diverso respectu observato attribui posse perhibetur. Verùm contrarium docetur per discrimen horum actuum jamjam insinuatum. Nec *Sanctificatio* etiam *latè sumpta* significans ipsum *regenerationis opus* cum *actibus & præviis & constitutivis credendi vires affert* & fidem accendit, sed id soli *Regenerationi* & non *actibus præviis* competit, sic & *Regeneratio* cum *Illuminatione* & *Renovatione* confunditur, qvando *Regeneratio* ab *Illuminatione* non *reapse*, sed tantùm *significandi modo* differre dicitur, ut *hæc intellectum illa voluntatem* magis respiciat & consistat *in supernaturali cordis immutatione, qva DEUS homini in peccatis mortuo conferat è CHRISTO vires & moriendi peccato & vitam spiritualem recipiendi atqve in Spiritu facultatibus omnibus ambulandi.* Nec diversas operationes, sed unam eandemqve *lumen divinum esse vitam novam vult*: uti & DN. D. SPENER. in der Ubereinstimm. Solt aber die Meinung seyn/ daß wir in der Wieder-Geburt nichts wirckliches/ daß in der That in uns käme/ erlan-

gen/ sondern der Glaube uns nur zu Gütern/ die uns theils zugerechnet würden/ theils wir sie kräfftig bekommen solten/ brächte/ so ist nicht richtig/ denn in der Wieder-Geburt geschicht nicht allein die Rechtfertigung (nach Art der Apol. Aug. Conf.) und die Annehmung an Kindes stat/ sondern auch die Schaffung eines neuen Menschen/ oder die Heiligung und Erneurung/ wie F. C. redet & im Franckf. Denckm. pag. 103. Sie ist auch in uns ein neues Geschöpff Gottes/ da etwas warhafftig in uns gebohren ist/ und darnach in uns ist/ was vorhin in uns nicht gewesen. Aſt alia *operatio divina* est, *qvæ mentem per verbum Legis & Evangelii illuminat, & ad apprehensionem intellectualem cognoscitivam & assensitivam*, seu γνῶσιν, Luc. I. 77. & ἐλέγχον, *Hebr. XI. 1.* λόγισμὸν, *Rom. III. 28.* πεϖόιθησιν, *Eph. III. 12. hominem perducit & alia operatio qvæ in voluntate per conversionem subacta & corde adeò contrito, ut recipere bonum justificum eodemqve salutariter frui possit, fiduciam* seu vitam *spiritualem accendit. Illa per Legem & Evangelium, hæc per solum Evangelium fit.* Et ut *regeneratio vires credendi seu vitam spiritualem ita renovatio vires moriendi peccato* ut mortificetur ipsum unà peccatum *seu peccandi efficacia & in spiritu facultatibus omnibus ambulandi* largitur. *Mortificatio & vivificatio s. exuitio Veteris & inductio novi hominis qvæ ipsa sit divinæ imaginis instauratio non est regeneratio propriè* dicta nec *collatio* virium credendi, nec id Paulus loc. cit. docet. qvippe Eph. I. 19. & 20. *excellentem magnitudinem virtutis divinæ erga credentes juxta operationem roboris potentiæ ipsius qvam operatus est in CHRISTO dum resuscitavit illum ex mortuis & sedere fecit ad dexteram suam in cœlestibus* asserit & Eph. II. 5. Col. II, 5. Nos cum CHRISTO vivificatos dicit, aſt

vivifi-

vivificationem novi hominis induitionem vel instaurationem imaginis divinæ esse minime docet. *Mortificatio* enim & *vivificatio cum Synonyma exuitionis veteris Adami & induitionis novi hominis sint* Eph. IV. 23. 24. Col. III. 9. 10. Nec non *abnegatio* qvando DN. D. SPENER. in piis Desid. pag. 13. *Principium Christianismi* vocat *fructus fidei* sunt non ad *regenerationem, sed renovationem spectantes.* Vid. VINAR. DN. D. LYSER. *l. c. pag. 1634.* DN. D. FECHT *l. c. aph. 15.* DN. D. CALOV. *in h. l.* DN. D. SCHMID. *de imag. in h. l.* DN. D. ZENTGRAV. *de nov. hom.* DN. D. WERNSTORFF *de Metamorph. Christin. 2. Cor. III. 18.* DN. D. NEUMANN. *de differ. act. div. Regen. Justif. & Sanctif. c. 1. §. 10.* (6) *Mortificationem spiritualem & vivificationem totam in communione cum CHRISTO ex mortuis resuscitato fundari,* illamqve in loc. alleg. non modo *imputativam, sed inhæsivam* intelligi vult DN. D. BREITHAUPT *ut inter passiones & actiones CHRISTI meritorias & regenerationis operationes efficax intercedat communio & de vi qvadam fidei ex communione CHRISTI vulnerum ac mortis qvæ operetur, ut mortificetur peccatum, & de viribus spiritualis vitæ ex communione resurrectionis CHRISTI loqvitur :* sed hæc Fanaticismum sapiunt : *Scriptura enim nos in mortem CHRISTI baptizatos & cum eo plantatos similitudine mortis & resurrectionis ut liberemur merito CHRISTI à reatu peccati & Spiritu S. donemur, cujus virtute & liberi reddamur à dominio peccati, ut peccato mortui amplius non vivamus eidem, sed Domino nostro ejusqve sanctissimis vestigiis inhæreamus, qvippè CHRISTUS pro nobis & propter nostra peccata mortuus est, ut merito passionis & mortis suæ nobis liberationem acqvireret, ac in passione & morte exemplum obedientiæ, fiduciæ, charitatis aliarumqve virtutum nobis relin-*

 qveret,

qveret, qvod virtute Spiritus S. imitemur. Cujus utriusqve fructus participes reddimur cum baptizamur in mortem CHRISTI. Et κοινωνία τῶν παθημάτων CHRISTI, Phil. III. 10. accipienda de *passionibus CHRISTI propriis*, de qvibus Hebr. II. 9. & IX. 26. non *qvas in membris suis sustinere æstimatur* Actor. IX. 4. Col. I. 24. *in remissionem peccatorum & imputationem satisfactionis CHRISTI*, qva nos συμμορφόμενοι τῷ θανάτῳ αὐτοῦ conformes mortis ipsius reddimur : Vid. DN. D. CALOV. *in h. l.* DN. D. SCHMID. *in Rom. VI. 2. seq.* PIETISTÆ autem *divinam vim vulnerum mortis & resurrectionis CHRISTI, per qvam vetus homo crucifigitur & occiditur, novus vero resuscitatur & vivificatur distinctam ab infinita divina, non solum in aqvâ baptismatis, sed & in verbo DEI collatam esse volunt*, ut inter *ipsos* & *Papæos* nullum aliud discrimen sit, qvam qvod hi *charitati* adscribant, qvod *fides* per ipsam *formetur* ac *vivificetur*, illi *fidei* istiusmodi *vim spiritualem*, per qvam ante apprehensionem CHRISTI vivificetur : imò qvam proximè sibi invicem accedunt, dum PIETISTÆ fidem *primam scintillam & debile initium*, *amorem* verò *præcipuam virtutem* vitæ agnoscunt docente D. BÜCHER. *in Piet. ἀσυμβ. pag. 75.* qvæ verò Scripturis & Libris Symbolicis ARTIC. SCHMALC. *Class. III. pag. 329.* expressè contradicunt. (7) Nec *Regeneratio & Conversio in vera & reali immutatione in facultatibus intellectus & voluntatis participante ipso appetitu sensitivo ita ut apud hominem inchoet spiritus vitæ in CHRISTO JESU, vitam spiritualem, naturam divinam*, i. e. *supernaturalem indolem*, cum id renovationi conveniat, qvam qvomodò cum regeneratione aliàs confundant SOCINIANI, PONTIFICII, ARMINIANI & nonnulli CALVINIANI. Vid. ap. DN. D.

Dn. D. Weller. *in Rom. VI. 4.* & Dn. D. Rudrauff. *l. c. pag. 185.* Et sic confusio actuum gratiæ applicatricis est, qvando *Regeneratio imaginis divinæ instauratio inhæsiva* Dn. D. BREITHAUPT dicitur cum hæc verè *renovatio sit.* (8) *Pœnitentia qvæ effectus & Conversionis & Regenerationis* est cum eisdem & renovatione qvæ illas seqvitur, nec non *fides* cum *contritione* commiscentur, qvando DN. D. BREITH. *in Programm. Remissionem peccatorum* impetrari non posse absqve *tali fiducia*, qvæ *conjuncta sit cum vera pravitatis mortificatione, in qva deindè verus de peccatis dolor consistit, nec non cum vivificatione seu spiritualis vitæ novis viribus ex spiritu CHRISTI hauriendis*, idqve Scripturæ locis satis multis id edoceri, Rom. VI. VII. VIII. putat. Verùm in his dictis *mortificatio* qvidem *fructus*, sed non *formalis actus* pœnitentiæ esse docetur, nec *necessitas novarum virium ad remissionem peccatorum* impetrandam asseritur, sed id docentibus anathema potiùs dicitur. In contritione *fundamentum abnegationis & mortificationis* poni & hæc in qva vera *contritio* existit *virtute mortis CHRISTI & è communione ejus fieri dicitur, & virtus Evangelii è CHRISTI carne & sanguine, qvi talem passionem pertulit emanari & istiusmodi passionem in nobis operari, ut mortis CHRISTI conformes reddamur*, ac contritio in nobis *per fidem* immutari asseritur. Verùm homo spiritualiter mortuus ante fidem & vivificationem spiritualem seipsum abnegare & carnem crucifigere nullatenus potest. *Lex* etiam & *Evangelium* in his assertis confunduntur, qvippè *illa contritionem* operatur, *hæc* prius *fidem* meritum CHRISTI apprehendentem, in nobis accendere debet, qvam *carnem crucifigere* possimus. Sed veritati huic contradicunt

cunt Pietistæ, qvando DN. D. SPENER in der Seel. der Kind. G. pag. 304. inqvit: der Glaube habe nicht Platz / als biß vorhero die Tödtung des Fleisches geschehen / da fange der Glaube erst an zu wircken. DN. D. BREITH. *Neminem Evangelii fieri consortem nisi abnegationem excoluerit*, pag. 14. asserit. DN. D. ZIEROLD *in med. th. 5. Pœnitentiam animæ qvandam mortem, qvæ interimat pravos motus beneficio mortis CHRISTI, esse vult & credere explicat per injustitiam suam agnoscere CHRISTIqve justitiam amplecti*, in Rom. pag. 12. & in der Auffmunt. die Erneurung ist *accensio Fidei*, daß wir den Glauben erlangen. Et personatus DEMOCRITUS im Oel und Wein / pag. 114. Fidem ut abnegationem sui describit, sic Pietistis Pœnitentia est *crucifixio carnis per qvam non tantum anima, sed & corpus purgatur à sordibus peccati & vivificatio è spiritu carnis CHRISTI in qvo CHRISTUM induimus.* Hinc in omnibus actibus divinis *unionem cum DEO antecedentibus renovationem* immiscere studeant, cum tamen *fides & vires credendi* non in *renovatione*, sed in *regeneratione* justificationem naturâ antecedente, donentur: nec *fides imago DEI* ipsa, aut *ipsius pars* sit, ut *renovatio fidei accensio* dici qveat. Vid. BüCHER. *in Piet. ἀσυμβ. c. III. th. 3.* (9) *Justificationem* DN. D. BREITH. definit per *actum reconciliationis judicialem qvo DEUS vèrè credenti imputat CHRISTI justitiam, ut propter hanc peccata non ad damnationem imputet, verùm ipsius Filii sui spiritum & dona conferre possit*: & eam afferre *justitiam fidei & imputativam & inhæsivam simul, illam ad remittenda peccata; hanc ad imaginem DEI instaurandam ac sanctificationem* scribit DN. D. SPENER. die Evangelische Gerechtigkeit / ait, bestehet in zwey Stücken / in der frembden Gerechtigkeit Christi

und

und Enderung des Hertzens / oder in solcher Gerechtigkeit / die wircklich in ihm ist / vier sonderl. Pred. p. 277. und 278. darumb sollen wir auch durch keinen andern Glauben gerecht werden / als bey dem gute Wercke sind. Glaubens-L. p. 1046. die Beschreibung eines gerechtmachenden Glaubens sey unvollkommen / wo nicht auch dabey gezeiget wird / daß ein solcher gantz gewiß die Heiligung nach sich ziehe / l. c. pag. 1258. Welcher Glaube nicht einen gantz andern Menschen / an Hertz / Muth und Sinn machet / sey kein wahrer Glaube / Anti-Br. p. 531. Seelk. der Kinder-G. pag. 255. die Rechtfertigung sey nichts anders / als eine Vergebung der Sünden / die Zurechnung aber eine Folge und Frucht der Vereinigung / Anti-Br. p. 1151. 1559. & passim Glaubens-L. p. 45. So bald wir mit Christo vereiniget werden / bekommen wir eine völlige Vergebung aller Sünden / Anti-Br. 1275. deßwegen / weil wir Glieder Christi seyn / werden wir durch seine Gerechtigkeit gerecht / nicht aber deswegen werden wir seine Glieder / weil wir gerecht sind / Anti-Br. 1230. DN. D. ZIEROLD *donum in gratiâ est justitia nobis imputanda ad justificationem pertinens verum hæc simul complectitur vires novas inhæsivæ sanctificationis in Rom. pag. 30.* & DEMOCRITUS *justitia qvæ DEI & ex DEO* dicitur, ist nichts *imputativisch* / sondern etwas *reales* und wesentlich aus GOTT und Einfluß seiner Gnade / p. 120. Wir sprechen demnach / das Wort *justificari* in der *A. C. Art. IV.* heisse *justum fieri*, nicht *justum pronunciari, pag. 284. & pag. 234. & 214.* die Vergebung der Sünde sey nicht eine blosse Zurechnung / sondern eine wahrhafftige Tilgung derselbigen / daran wir so lang zu reinigen haben / biß wir keine Sünde mehr fühlen / der innere von dem äus-

serlichen Menschen geschieden / Sünde des äusserlichen Menschen sey nicht mehr Sünde. Ob qvam causam Fanatici è contritione de peccatis mortificationem faciunt. Sed hisce contrarium cum verbo DEI docet *Formula Concordiæ*, qvæ benè hæc non solùm *distingvit*, qvæ *distincta* sunt, sed & ea, qvæ *fidem antecedunt & consequuntur in Justificationem* nullatenus introduci vult, pag. 554. 687. SWENCKFELD. autem de verbo DEI, fol. 118. justificatio, inqvit, die Rechtfertigung der Gerechtmachung ist der gnädige Handel GOTTES mit dem Menschen zu ihrer Seeligkeit von Anfang biß zum Ende / in welcher der Sünder bekehret / wiedergebohren / fromm gemacht / heilig und seelig wird / und Rechtfertigen / justificare, ist allhier in dieser Göttlichen Sache des Glaubens nicht auf menschliche juristische weise / als so man einen Beklagten vor Gerichte gerecht und ledig spricht; Er sey gerecht oder ungerecht / zu verstehen; & V. WEIGEL. Soll uns nun nütze seyn Christi Leiden / Sterben / sein Verdienst / so muß es nicht aus einen blinden und der erdichteten imputations Justitie zugerechnet werden. Nein / traun Christus extra nos non salvat, das ist / Christi Tod ausser uns ist kein Leben. Sein Tod muß in uns seyn / so ist erst Christus in uns / pag. 55. ZWINGL. *in Epist. ad Princ. Germ.* scribit: *Sanctificatio Spiritus est vera qvæ sola ad justificationem sufficit* & G. CASSANDER *in Consult. ad Art. IV. A. C. Justificationem in remissione peccatorum & renovatione consistere docet* cum NOVATORIBUS, qvi illis in hisce accedant, ut & QVACKERI WILH. PENN. *Part. II. Christ.* QVACKER. *Part. III. & Qvack. nov. scom. p. 151.* docent, *justificationem duo involvere, remissionem peccatorum & inhærentis*

rentis sanctitatis denominationem, sed pessimè justificatio cum renovatione commiscetur; cùm Scriptura Justificationem in non imputatione, seu remissione peccati & imputatione justitiæ CHRISTI consistere asserat, Rom. IV. 5. seq. 2. Cor. V. 20. 21. & in DECLARATIONE JENENS. contra REINHARD. rectè improbetur, qvod *imputatio justitiæ CHRISTI justificationis causa impulsiva* vocetur & sic justificatio formaliter in sola remissione peccatorum ponatur, qvippè Scriptura utrumq; ad *actum formalem* justificationis refert & si in signo rationis divinæ imputatio justitiæ CHRISTI *præcederet* remissionem peccatorum; homini prius decerneretur *præmium*, qvam auferreretur condemnatio & prius *legis impletor* haberetur, qvam non *transgressor*, qvod absonum esse docet DN. D. SCHOMER. *in Coll. nov. Contr. Disp. XIII. §. 8. seq.* Vid. DN. D. CALOV. *Syst. Theol. Tom. X. de Justif. Cap. IV. qvæst. 4.* Qvomodo nostri de consilio & admonitione DN. D. LUTHERI cum in Colloqvio Ratisbonensi liber qvidam ita loqveretur, per *efficacem fidem homo justificatur peccator*, propositionem illam propter flexiloqvam ambiguitatem admittere noluerint, exponit DN. D. CHEMNITIUS *l. c. th. Part. III. pag. 35.* Justificatio hominis peccatoris fit per *solam fidem*, CHRISTI meritum apprehendentem, cum exclusione *operum* tùm *internorum*, tùm *externorum*, Rom. III. 23. seq. IV. 4. 5. Ephes. II. 8. *Fides & opera tam longè inter se distincta, qvàm cœlum & terrà inter se distant* DN. D. LUTHER. *Comm. ad Gal. fol. 89. & Fides, qvæ apprehendit CHRISTUM, Filium DEI, & eo coronatur, non qvæ includit charitatem, justificat*, fol. 32. item, *nisi fides sit sine ullis etiam minimis operibus, non justificat, imò non est fides.* His actus gratiæ

applicatricis *judicialis* est inqve *sensu forensi accipiendus unionem cum DEO mysticam* antecedit, qvippè DEUS cum homine sub *reatu peccati constituto* uniri neqveat: Minimè autem ipsa *justificatio in unione mystica*, aut in *renovatione formaliter* consistit, *nec remissio peccatorum plenaria* seqvitur: sed procedit *mysticam unionem*, homo prius ad Mediatorem confugere & coram judicio divino absolvi debet, qvàm cum DEO uniri & imago divina in eodem restitui possit. Scripturæ & fidei analogiæ apertissimè adversatur asserere, qvod *nos justificemur*, qvia *membra CHRISTI* sumus, cum potiùs, qvia *justificati* sumus *cum DEO copulemur*, *CHRISTIqve membra reddimur*. Venit enim DEUS ad *fideles* inqve *fide justificatos*, seqve cum illis, qvam arctissimè unit, & gratiosè in illis per fidem habitat, Joh. XIV. 23. & XVII. Eph. III. 17. Conf. DN. D. FECHT. *in Syll. contr. Disp. 31. th. 6.* DN. D. RUDRAUFF *in Syll. extens. de Justif. qv. 6. & 12.* DN. D. NEUMANN *de diff. ad div. Cap. I. II. & III. & Disp. de Justif. §. 38. seq.* BÜCHER. *in Piet. ἀσυμβ. pag. 40. & 88. seqv. & Sintagm. damnat. ἔνστσ. 2.* DN. D. SCHELGV. *Syn. art. XI. qv. 3.* (10) *Renovatio* non est tantùm *regenerationis continuatio*, nec easdem cum illâ partes habet. Sed realiter ab illa *distinctus* gratiæ applicatricis *actus*, per qvem homo Spiritum S. & vires benè operandi accipit eisdemqve ad magis magisqve removendam inhærentem pravitatem & imaginem divinam reformandam utitur. In hac *exuitur* in dies *vetus homo* & *induitur novus*: *mortificatur* & *crucifigitur vetus Adam* & *vivificatur novus*: Hunc gratiæ actum Scriptura à regeneratione apertè distingvit, *Tit. III. 5. 6.* Baptismum lavacrum *Regenerationis* & *Renovationis* appellans

lans & sic utriusq; beneficii medium collativum insinuans. Pessimè verò TH. BEZA cum qvibusdam suorum hæc pervertit, dum per *lavacrum Regenerationis & Renovationem* salvos nos fieri scribit, *copulativa* enim *particula* beneficia hæc, *Regenerationem* scil. & *Renovationem* conjungit & fidei analogia baptismum & *Regenerationis & Renovationis* lavacrum esse docet. *Renovationem* verò ad modum salutis obtinendæ pariter ac regenerationem non admittit. Vid. DN. D. MENZ. *in Exeg. A. C. art. IV. m. 6. n. 6.* Ἀνακαίνωσις vi præpositionis ἀνὰ regulariter notat *instaurationem pristini*, seu ejus, qvod ante privationem inerat præsertim, qvia νεος & ἀνακαινόμενος renovatus, Ephes. IV. 23. 24. Col. III. 10. distingvuntur, & sic *iterationem imaginis divinæ* infert & *formaliter* in spirituali qvoad *qvalitates immutatione*, scil. in depositione vetustatis & imaginis divinæ gradatim facta instauratione consistit. Contraria heic sunt *impuritas*, qvæ *cedit*, & *imago DEI*, qvæ *redit* & qvantum decedit inqvinamentis carnis & spiritus tantùm accedit mutationi Ἀνακοίνωσις enim monstrat *vetustatem* deponendam esse prius, qvam instauratio *novitatis*, qvæ qvidem non numero eadem, qvæ in Adamo fuit & amissa, sed *qvoad rem* saltem qvalis antea fuit. *Mortificatio* qvoad dominium peccati in primo momento fit renovationis continuatur qvoqve deindè per gradus & successivè cum incremento atq; de die in diem, 2. Cor. III. 18. Eph. IV. 22. seq. Col. III. 9. 10. Conf. DN. D. LYSERUS *Syst. l. c. pag. 1611. 1631. seq.* DN. D. GERHARD. *de Imag. §. 35.* DN. D. QVENSTED *Syst. Th. Part. III. C. II. th. 1. & 12.* DN. D. SCHMID *de Imag. S. 1. c. 13. 14.* DN. D. ZENTGRAFF

de nov. hom. DN. D. WERNSDORFF *in 2. Cor. III. 18.* (11) Hujus inſtaurationis imaginis divinæ *cauſa meritoria* CHRISTUS & ſangvis ipſius, i. e. ſangvinolentum ipſius meritum, dum in CHRISTO & per CHRISTUM nos renovari in Scriptura dicimur, Eph. II. 10. Sed non formalis. *Virtus* enim *paſſionis* & *mortis* CHRISTI aliter ſe habet in Juſtificatione ac Renovatione, in illâ enim ſeſe habet ut *cauſa meritoria* & ut ipſa *materia ad juſtificationem imputabilis*, in hac verò tantùm ut *cauſa meritoria*, qvippe CHRISTUS promeruit nobis, ut acciperemus ſpiritum, qvi nos renovaret & imaginem DEI in nobis reſtauraret. Vid. DN. D. CARPZ. *Iſag. pag. 291.* nullibi autem Scriptura *CHRISTUM in nobis natum*, vel *incarnatum* dicit, nec *CHRISTUS novus in nobis Adam* prævià Scripturâ jure dicitur, uti cum DAV. GEORGIO, C. HOBURG Unb. Chriſten/ pag. 104. facit. Ja ſie ſetzen den alten Adam weit über den neuen Adam Chriſtum/ Adam/ der alte/ iſt inwendig; Aber der neue ſoll nur ſeyn auswendig. Der alte ſoll leben/ (und lebet auch rechtſchaffen) aber der neue ſoll todt ſeyn. Der alte ſoll mit ſeinem Weſen und Krafft empfunden werden/ (und wird auch gnug empfunden) aber der neue ſoll nur Wort und Wind ſeyn: Alſo verlangen ſolche blinde Menſchen den inwendigen Chriſtum. Qvam fanaticam hypotheſin præter ſupra citatos refutat DN. D. SONNTAG *Exercit. II.* Paulus qvidem de ſe pronunciat, qvod cum dolore Galatas denuò parturiat, ut in ipſis CHRISTUS μορφωθῇ formetur, Gal. IV. 19. Sed *formatur* in nobis CHRISTUS, qvando imago ipſius in Scriptura nobis ob oculos depicta tàm efficaciter & tali cum effectu imprimitur, ut vera in eundem fiducia cum

exclu-

exclusione operum propriorum collocetur exponente cum Dn. D. FEURBORN. *o. o. p. 366.* Dn. D. WERNSDORFFIO *l. c. §. 15. n. 9.* Conf. *Vinarienſ.* Dn. D. CALOV. & Dn. D. LAGO *in h. l.* Dn. D. SCHELGV. *Sym. art. VII. qv. 6. 7.* D. BüCHER im unb. Rabb. §. *14 ſeq.* Hinc ſolido fundamento deſtituuntur, qvæ de duplici *redemptione interna & externa* Pietiſtæ proferunt: Qvippe Scriptura non niſi de una CHRISTI redemptione loqvitur, qvæ conſideratur, vel qvoad *acqviſitionem* ceu à CHRISTO in ſancta ingreſſo inventa, Hebr. IX. 12. Pſ. CXI. 7. vel qvoad *applicationem* ceu per Verbum & Sacramenta in remiſſione peccatorum conceſſa, Col. I. 14. vel *finaliter collata* & qvoad *plenariam fruitionem* donata, Luc. XXI. 28. Rom. VIII. 13. Vid. Dn. D. Sonntag *Fanat. §. 36. ſeq.* Dn. D. SCHELGV. *l. c. qv. 5.* D. BüCHER *l. c. p. 72. 73.* & *Myſt. iniqv. c. 1.* AUTOR. *nov. antiqv. anno 1707. pag. 118.* (12) Nec efficacia illa mediorum ſalutis Verbi & Sacramentorum fluit ex communione mortis & reſurrectionis Christi nec *creata & finita* eſt & *per emanationem immediatam ex Christo* venit, ſed *infinita & creata* ex ordinatione divina & mediantibus illis ad nos qvoad capacitatem præſentis vitæ immutandos divinamq; imaginem in nobis inſtaurandam occupata eſt, perfectione verò futuræ vitæ reſervata DN. D. SCHELGV. *l. c. q. 7.* & D. BüCHER unb. Rabbi *p. 38. 72. ſeq. Piet. ἀσυμβ. & Plat. Myſt. Præf. §. 5. & de Not. lit. Præf. p. 14.* (13) Qvando Dn. D. Breithaupt totum Pietatis ſeu cultus myſterium fundatum dicit in eo poſt lapſum ut Deus in carne conſpicuus fiat, in qva videlicet ipſius imago abolita erat in homine idqve à Paulo optimè doceri, 1. Tim. III. 16. id ſine dubio vult, ut finis & ſcopus ob qvem

divina

divina in nobis instauretur imago ut per unionem spiritualem deificemur vel christificemur, per illam tingamur ad divinam naturam seu transformemur in DEUM, imò ad totam plenitudinem Deitatis in λόγῳ habitantem perveniamus. Hinc enim à Pietistis unio mystica fundamentum omnium gratiæ operationum statuitur, ad qvam spectet *nativitas spiritualis* CHRISTI *qvem fides in nobis pariat*, welche Lehre den Articul der geistlichen Wiedergeburt in sich fasse / Christus / der in uns formiret wird / wachse in uns mehr und mehr / wie ein Kind im Mutter Leibe / und nehme zu nicht in sich / sondern in uns und in der neuen Creatur die Er in ihnen wircket / SPENER. in der Seeligk. der K. G. *p. 91. 93. paraph. in Rom. VIII. p. 226. Anti-Br. p. 1399.* Sed hæc in DEUM injuria sunt & Scripturæ S. omninò adversantur, qvippè hæ *metamorphosin* non *substantialem* ut substantia hominis in substantiam DEI per ἀποθέωσιν convertatur, sed *accidentalem reformationem* hominis ad imaginem divinam important. Vid. DN. D. CALOV. *in Syn. contr. p. 657.* Fanatici autem novam qvandam in nobis substantiam per regenerationem productam intelligunt docente DN. D. WERNSDORFF *l. c.* Conf. DN. D. NEUMANN. *de ἀποθεώσ. fan. §. 1. seq.* D. COLBERG *l. c. Part. I. p. 297. 298. 356. Part. II. pag. 376. 368.* E lacunis enim PLATONICORUM, MYSTICORUM, SCHWENCKFELDII, DAV. GEORGII, WEIGELII, HOBURGII & *aliorum Fanaticorum*, qvæ de triplici *via purgativa*, *illuminativa* & *unitiva* proferunt, & sic per sanctitatem & Theosophiæ studium ad internam *illam* cum DEO *unionem* pertingere student, prout DN. D. ZIEROLD unionem nostri cum CHRISTO spiritualem *fide* & *charitate* fieri asserit de *nex. commun.*

commun. p. 27. 32. & inimici dilectione mentem purgari qvo intelligi Scriptura possit *Medull. th. 9.* Paulus verò unionem DEI cum nostro per solam fidem fieri docet *Eph. III. 17. Gal. III. 26. 27.* & Charitas unionem non præcedit sed seqvitur *1. Joh. III. 24. IV. 15.* uti & in eo ordo & œconomia actuum gratiæ turbatur qvando sanctificatio ante *illuminationem* reqviritur, cum ex ordine *naturæ* & *gratiæ* intellectus emendatio voluntatis correctioni præire debeat. Per *purgationem* eam intelligunt qvando per *abnegationem* sui ad perfectissimum sanctitatis, inhærentis gradum tantum qvanto major in hac vita dari neqveat homo perveniat: per *illuminationem* eam qvæ non tantum fit per sinistram externi verbi applicationem sed & maxime per *locutionem Spiritus internam revelationem immediatam experientiam & perceptionem præter verbum* abortam qvandoqve per *somnia visiones & apparitiones* per qvas singulare creditur accipi lumen. *Unio* & ἀποθέωσις eaqve immediata intelligitur qvando anima creditur *redire ad sui originem* per ἔκστασιν hic ubi CHRISTUS in nobis existimatur esse *novus Adam* eoq; sensu fidelium qvilibet dicere censetur posse *Ego sum CHRISTUS* exponente DN. D. Sonntag *l. c.* επεισ. 1. Paulinum dictum cit: pessime detorqvetur, & præterito in futurum mutato, magnum illud omnium confessione mysterium doctrinæ de CHRISTO, qvod omnis religionis Christianæ fundamentū esse jure dicitur ita ut Judæorum & Paganorum religio & pietas non sit pietas vera qvi extra CHRISTUM est, exponente DN. D. HOPFN. in *Coll. Bibl. L. III. p. 192.* de eo qvod CHRISTUS in carne manifestandus, qva videl. ipsius imago abolita erat in hominib9. Quæ verba non nisi *fanaticam* illam *incarnationem CHRISTI in nobis* de qva Scriptura nihil novit

sonare ex vero judicant AUTOR. Nov. ANTIQ. *l. c. p. 33. coll. an. 1701. p. 416.* Conf. DN. D. MUSÆUS disp. *de nov. hom. cap. 3.* D. DN. SCHELV. *in Syn. art. 21. qv. 1. 2.* D. BÜCHER in *Plat. Mysi. c. 1. art. 6.* unb. Rabb. §. u. 17. DN. D. Sonntag *L. c. επεσ. 2.*

§. XIX.

Ex qvibus omnibus jam satis patescit, qvod *instauratio imaginis Divinæ* prout à DN. D. BREITHAUPT. & *Pietistis* insinuatur, non sit finis *proximus Theologiæ veræ* ex verbo DEI scripto haustæ hominem peccatorem per fidem ad DEUM reducentis sed Theologiæ fanaticæ qvæ experientiæ & revelationibus ac operationib9 Spiritus S. à Scriptura distinctis positis qvam Scripturæ ipsi innititur, CHRISTUM *internum & Mysticum & in nobis* pro *externo & pro nobis* amplectitur, *redemptione* CHRISTI externa non contenta, internam in nobis affectat & per triplicem illam *viam purgativam illuminativã & unitivam* (utut ultima non tam via qvam terminus dici mereatur) hominem beare & per reditum ad sui originem per ἕκστασιν mortem spiritualem & istiusmodi fanatica subsidia ad ἀποθέωσιν perducere debeat. Nos per unicam veritatem & viam CHRISTUM scil. per qvem solum ad Patrem cœlestem venire datur Joh. XIV. 6. ad vitam æternam in fide verâ & salvifica pervenire studentes, sanctissimum Patrem cœlestem calidissimis invocamus precib9 ut in veritate hacce sua nos servet, magis magisq; sanctificet & ab eis qvæ ab eadem nos avocare nituntur, custodiat: à vero tramite regiaq; illa via aberrantes convertat: Ecclesiam suam à Fanaticismo omni immunem reddat & fanaticum spiritum sub pedes nostros conculcet ἐν τάχει.

AMEN.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890949271/phys_0108
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890949271/phys_0110
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890949271/phys_0111
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890949271/phys_0112
DFG

den / darinnen erkühnet sich der arme Sünder al-
und seine gute Wercke mit Christi Verdienst zu
wenn er zu GOtt saget: Ich überreiche deiner
Majestät / in Vereinigung der Verdienste / deß
ebens und Sterbens Christi / der allerheilig-
au nnd aller Heiligen / itzt vor allemahl / alle
ke / mit dem kostbarsten Blut JEsu / unsers
waschen / und darein gewickelt. Ja er flicket
e der Heiligen selbst ins Vater unser / und spricht
t: Vater unser / der du bist im Himmel / durch
welche ich dir nebst denen Verdiensten Chri-
ten Jungfrau und aller Heiligen überbringe /
Nahme geheiliget / zukomme dein Reich ꝛc.
n Christum vor den eintzigen Mittler? Oder läst
s damit entschuldigen / daß Moses ein Mund-
und der Menschen gewesen? Man hat noch vor
t / mit approbation vieler Uniuersitäten und
esandten / gelehret / Maria sey die Zuflucht auch
nder / welche in Todtsünden stecken / darinnen
ch nicht Busse thun / oder die Busse versäumen.
berühmte und discrete Leute in der Päpstischen
mäßigen Dienst und Erhebung Mariä wiederra-
entlich improbiret / daß man davor halte / Maria
Hölle erlösen / daß man sein Hertz theile / und
ümb GOttes Willen / sondern neben GOTT /
verehre / als wenn ohne sie kein Zugang durch
GOtt wäre / sie allmächtig / eine Erlöserin und
nenne / und daß man vom Richterstuhl GOt-
rien appelliren könne / welche die Kirch / als
e / ja auf welche mehr Vertrauen / als auf GOtt
; so hat man nicht allein zu Rom im Jahr 1673.
ng / so doch verschiedene Ertzbischöffe und grosse
iret / gäntzlich verdammt; sondern auch viel Bü-
eschrieben / und die Abgötterey zu rechtfertigen
e denn Laurentius von Dript / dessen Schrifft